

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive  
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios  
Corps.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

**Chamier, Daniel**

**Frankfurt, 1627**

Liber decimustertius, De oecumenico pontifice

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-914](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-914)

dunt, & concidunt: impingunt. n. in Cyptianum, qui omnes ait fuisse par cōsortio p̄ditos Honoris & Poteſtati. Hic contra Poteſtatis nomē partitur, vt poteſtarē aliis cum Petro parem fuisse neget. At Cyprianus par dicebat cōsortium poteſtatis. Nempe hiſe diſtinctiōni bus longissime a Cypriano abeunt. Nam, qui ſuperioritatem in ordine gerendi vni Petro, excludit Aſtoliſ adſcribit: atq; adeo, ea ratione, caput eum omnium Christianorum & Aſtolorum vocat, par cōsortium poteſtatis Aſtoliſ omnibus non tribuit: neq; enim par est capiti cum membris poteſtatis cōsortium. Ad de quod, ſi verum q̄ antehac assertum, Omnes Aſtoliſ gradū pares fuſiſe, fieri nequit, vt Aſtoliſ cāteris vni ſoli ſubiectis, hic ſuperior ordine nulli ſubſit: ea fit enim ratione, vt diſpar sit Aſtoliſ, inferior in aliis, in illo ſuperior: cum ſe tamen nulli re dicat inferiore Paulus. Quid? quod ampliatio illa terum gerendarum, ſecundum quam parem habuiffe vult illos poteſtatem, omnib; non inerit ex æquo, ſi cuiquam ſuperioritas in ordine, eaq; tanta Petro tribuatur, vt poteſtatem in collegas habeat, nemo in illum: eorum ſit caput, omnes ei ſubſint. Quis enim inſicie: ut plura illi gerenda, cui, puta Cæſari, p̄tēt communem Consulatum, ſit etiam in ipſoſ collegas imperium? Deniq; res ipſa coſmentatio diſtinctiōni reſtagratur. Nam Petrus etiam à Paulo reprehensus: neq; Paulus in Aſtoliſatu ſebeundo opus habuit, vel à Petro, vel à quopiam homine rerum gerendarum autoritatem deſumere: ſed, qui omnes a Christo immediate erant electi, ad cōqualem Aſtolatum vocati, alios aliis non autoritate p̄fereſſe, ſed fraterna ſibi in uicem charitate ſubeffe, & tanquam fratres fratribus, condiſcipliſ ſecondiſcipliſ, collegas collegiſ, mutuiſ officiis doctrinæ, cōſolationiſ, redargurionis, conſiliij, adefeſſe, prodeſſe & ministrare decuit.

XXV. Sed quis ferat ea quæ diſtinct. 3. non inuolute, vt in prima & ſeunda, ſed explicatiuſ ſtatuantur, ſoli Petruſ p̄ceptiuam poteſtatem, aliis Executiua tantum demandatam. Itane Cyprianus, parem eius qui ſolus p̄cipienduſ autoriſtatem, & eorum qui exequendi tantum habent, honorem dixerit & poteſtatem? Bona fide, iſanitne, an cum in ſanis ſibi negotiūm eſſe putat Stapleto? Petruſ vnuſ p̄cepto, cāteri diſcipliſ, an ſubditi? Precipere enim dicuuntur nunc Magiſtri, nunc Domini. Magiſterium in Aſtoliſ vnuſ exercet Doctor & magiſtri: Dominuſ Ieſu. Imperium, qui ſuμḡn̄t Doctor eſſe non potuit, forte in eodem obiuebit, vt illi ſibi exequendi partes, Petruſ mandandi commiſſias intelligant! Qua lege

factus eſt Collegium imperator, & dominus, qui eorum Doctor eſſe non debuit? Quo exemplo? cum Aſtoliſ ſe Dei, & Christi ſeruos toties: Petri famulos, Petri diſcipliſ, filiosve nunquam dicant. Paulus ſe Petri collegam, & ſocium, p̄fiantiſſimis nulla re, non officio, non opere, non labore, non ministeriū fructu minorē ubiq; afficit. Accedit, quod omnem ſuperat amentiam, ſi Petrus cāterat Aſtoliſ, ſucessoribus reliquit (quod omnino oportet, ſi Oecumenica poteſtas ad poſte-ros transmittitur) ergo Linus, Clemens, Cletus, & ſi qui tanta dignitati hāredes habentur, ipſis, qui ex Aſtolorum collegio ſuperſtitieſ erant, viptote ipſi Ioanni, qui ad Traiani tempora ætatem produxit, vel Paulo, ſi Petruſ ſuperuixit, tanto fuerunt anteferendi interuallo, quanto, qui p̄cipiendi poteſtatem habet, eo cuius munus eſt exequi, tam honore quam poteſtate poſtior exiſtimatur.

XVI. Hieronymus libro 1. in Iouinianum: At dicit, ſuper Petruſ fundatur Ecclesia: licet uidipſum alio loco ſuper omnes Aſtoliſ ſint, & ex aquo ſuper eos Ecclesia fortitudiſ ſolidetur. Reſpondet Bellarmino: Solutionem eſſe in eodem loco: nam Hieronymum dicere ſic habuiffe claves omnes Aſtoliſ, vt tamen ſubiecti eſſent Petruſ vt capiti. Atqui Bellarmino emen-tit & verba & ſenſum Hieronymi: Neque enim is vñquam dixit, Petruſ reliquoſ Aſtoliſ fuſſe ſubiectoſ vi capiti: Vnam (inquit) inter duodecim eligitur, ut capite conſirto ſchismati tollatur occaſio. Qua verba, ſi ſigniſcant Petruſ reliquoſ ſubiectoſ eſſe ut capiti in Ecclesiastico regime, con-tradicunt ſuperiorib; quæ aſſerunt ex æquo ſuper reliquoſ Aſtoliſ Ec-clesiæ fortitudinem ſolidari, ac ſuper Petruſ; ſuę verba niſi de Aſtoliſ & regime Ecclesiastico intelligi non poſſunt. Quis credat autem eodem ambitu tam aburde tantum virum pugnantia dicere? Ex aquo, in-quit, ſuper omnes Ecclesia fortitudiſ ſolidatur: hoc eſt æquo gradu reliquo Aſtoliſ fundamenta ſunt Ecclesiæ cū Petruſ: quod nullo modo conſiſtere poſt, ſi in Ecclesiastico regime, Petruſ reliquo ſubiectiunt. Suntigitur Hieronymi poſtrema verba ſic in intelligenda, ut Petruſ dicatur electus & factus caput cāterorum, quatenus cātem vnum particularem efficie-ſtant, & ante quam miſſi eſſent ad Ecclesiariū gubernacula, quemadmodum ante vidimus Cyprianum dicentem. Id autem non efficit Petruſ Oecumenicū Pontificem.

FINIS LIBRI D' OECIMI

## LIBER DECIMVS TERTIVS. DE OECVMENICO PONTIFICE

## Caput I.

## STATVS QVÆSTIONIS DE ROMANO PONTIFICE.

**T**N disputatione de Oecumenico Pontifice hypotheſeos prima pars fuit de Petruſ, quem Papista eius dignitatis pri-mum compotem fuſſe contendunt. Se-quitur altera de eius ſuccelloribus, id eſt, Romanis Pontificibus. Nam iſtoſ illi Petruſ ſuccellores aſſignarunt, ne ca-lioſ. Erunt huius diſquitionis rurſus partes duæ: prior, vtrum Romanus Epis-copus, ſit Oecumenicus Pontifex: alte-ra, vtrum ſit Antichristus.

II. In priori quæſtione tueruntur aſſi-matiuſ Papista: ſciliſ et Episcopum Romanum quencunq; Petruſ ſucce-dere in vniuersam illam Ecclesiæ regendæ poteſtatem, quæ nullis aut re-gionum, aut personarum circumſtantiaſi contrahatur. Non ſatis certi ta-men, ſed in iſeſ id ius ſit an ſedentiſ: hoc eſt, vtrum Oecumenicus ille Pon-tificatus ſit annexus ſedi Romana, vt in de tranſeat ad Episcopum: an cōtra potius, Episcopuſ in locum Petri, & ab eo ſedes illa ſuper omnes p̄-rogatiuam accipiat. Quod, etiſ non ſit aut nullum, aut leue falſitatis indi-cium, tamen non virgebitur à nobis, qui æque ſedi, ac personæ negamus Oecumenicum Pontificatum competere. Vt ut ſit, in Synodo Florentina decretum fuit in hæc verba, quæ ſunt in literis vniōnis Eugenij Papæ, Sessione ultima: Οελεοφρητὸν ἀγίου Διονυſίου καθέδραν, ἢ τὸ ἅγιον ὕδωρ Διονυſίου εἰς πάνω τὸν οἰκουμενικὸν καθέδραν, αὐτὸν τὴν ῥιμαγίνην Διονυſίου εἰς εἰς τὸν Κορινθιακὸν Πίτρον Κορινθιακὸν Διονυſίου, ἢ ἀλιγήτοπο πρωτότονον Χεριτόνιον, ἢ πάντα τὰ ἐκκληſιαῖς καθεδραῖς, ἢ πάντα τὰ Χεριτόνια πατέρων τε τοῦ δι-δύπολον τοῦ μεχρά, ἢ αὐτὸν εἰς τὸ μεγαλεῖον Πίτρον Επισκόπου, καὶ διδύμου, ἢ παθεγένη τὸν πρωτότονον εἰς τὸ Κυριακὸν Ιησοῦ Χριſτοῦ τῷ πρώτῳ ιεροῦ Definiſſimus ſanctam Aſtolicam ſedem, & Romanum Pon-tificem in vniuerſum orbem terra tenere primatum: & ipſum Pontificem Ro-manum ſuccellorem eſſe beati Petri principia Aſtolorum, & vere Christi uici-rium, ſotiusque Ecclesia caput, & omnium Christianorum Patrem & doctorem exiſtere: & ipſi in beato Petri paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Ec-clesiam à Domino noſtro Ieſu Chrifo plenam poteſtatem traditam eſſe.

III. Capita erunt iterum duo. Alterum de autoriſtate in Ecclesiæ; alterum de iure in temporalem politiam. Illud aget proprie de regime Ecclesiastico, quatenus eſt Ecclesiasticum. Hoc autem de poteſtate, quæ eius Ecclesiastici regiminis vi, dicunt habere in principes ſeculare, ſuum hunc Oecumenicum, cui tradiſum volunt vtrumq; gladium, cum ſpiritu, ſalem, tum temporalem.

IV. Tractarunt priorē quæſtionem, inter Papistas Bellarmino de Pō-

tifici lib. 2. Pighius Hierarchiæ lib. 3. c. 12. & ſeq. & iterum li. 3. c. 9. Franciſcus Agricola de Primatu, c. 15. & ſeq. Iuſuitæ Poſtanientis parte 2. Con-trou. 2. Bozius de Signis Ecclesiæ, lib. 17. c. 6. Et 18. c. 3. & ſeq. Sanderus de viſibili Monarchia, lib. 6. c. 9. Gregorius de Valentia, Analysis li. 7. capitulo, quatuor poſtemis, & Cōmentariorum in Thomam tomo 3. diſp. 1. quæſt. 1. pueſt. 7. & quæſt. 5. art. 36. 37. Melchior Canus Locorum Theologico-rum lib. 6. c. 3. & ſeqq. Iuſtus Driedo tomo 1. lib. 4. c. 3. parte 2.

V. Catholici, Caluinus Institutionis Christianæ lib. 4. c. 6. Petrus Mar-tyn in caput 8. lib. 1. Samuelis Sutliuſis de Romano Pontifice, lib. 3. Sibrandus de Romano Pontifice, lib. 3. Witakerus de Romano Pontifice, con-trou. 4. Danæus, Iunius, Tilenus contra Bellarmini libr. 2. de Pontifice. Marcus Antonius de Dominis de Republica Ecclesiastica, lib. 4.

## C A P. II.

Vtrum Scriptura doceat Romanum Episcopum  
omnibus p̄fereſſe.

I. Quid è Scripturis ausus ſit diſputare Romanam Ecclesiæ omnibus p̄fereſſe, vnum Bozium legi c. 3. li. 18. productis Petruſ & Paulo, qui hoc totum innuetint.

II. Locus Petri, ex Epiftola poſteriori, Propter quod incipiāt vos ſemper commonere de hiſ: & quidem ſcientes & confirmatos vos in praefenti veritate. Inſum autem arbitror, quandiu ſum in hoc ſabernaculo ſalutare vos in com-monitione, certus quod velox eſt deſpositio tabernaculi, ſecundum quod & Do-minus noster Ieſus Christus ſignificauit mihi. Dabo autem operam & frequen-ter habere vos poſt obitum meum, ut horum memoriam faciat. Quomodo Petruſ, inquit, operam dedit, ut poſt obitum ſuum Ecclesiæ quænta ſem-per commonerentur? Nam ſpeciatim ſe id facturum pollicetur. Et quis vñquam Petri nomine id egit? Hoc enim necelle: alioquin non magis Petruſ, quam qui quis ad hæc operam poſuiffe dicetur. Duo ſunt igitur neceſſatia, & ut aliquis hoc ſemper egerit, & egerit ex p̄ſcripto ipſius met Petri. Atqui ſolus Romanus Pontifex hoc conſecit. Ergo, de mandato Petri, iuſipſe habet in cunctas Ecclesiæ commonendi, & videndi, ut illæ memores ſint mandatorum Petri ac Dei. Et aduerrendū illud, Incipiāt ſemper commonere. Ergo iam moriturus inquit ſe incipere. Incepit autem per literas, & alias huiusmodi vias. Ergo per eaſdem prosequetus eſt, ut progielſus in iuriuſo inſtituat.

III. Fœcundus, inquam, locus, & cui iam multum debeat Ecclesiæ Romana: duo ſciliſ magna dogmata, vnum de interceſſione ſanctorū: alterum hoc ipſum de autoriſtate Romana. Niſi porius obtorto collo in eis partes trahatur. Nam profeſto Petruſ iſtos Oecumenicos nō viderut amasse,

## LIBER DECIMVSTERTIVS, CAP. II.

245

amasse, qui noluit quemquam *καλεντειν τηλίγων*. Obseruemus singula exacte. Nam solitaria hæc subtilitas videtur aliquid polliceri non promiscuum. Quanquam laciniola perplexitas, prima statim fronte, vix posse carere tulpitione.

V. Petrus, inquit, pollicitus est se commonefacturum omnes Ecclesiæ. In quo notauit Caietanus & probavit Salmero, scriptam hanc Epistolam ad eoldem ad quos priorem, nempe aduenas sparsos per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam & Bithyniam, videlicet Iudeos. Ad quam rem argumento est in tunc c. 3. *Hæc iam alteras vobis litera scribo.* Sed cito tamen: & condonemus vniuersaliter accipenda hæc. *Iis qui aque pretiosam fidem nobis cum sororitatem sunt:* quanquam non magis generalia sint, quam ista prioris initio, *Dilectis ex proportione Dei Patrius ad sanctificationem Spiritus per obedientiam, & aspergionem sanguinis Iesu Christi.* Nam, etiæ actus singulares non bene producantur in infinitum, tamen non inuitu audimus hunc Petri laborem vniuersæ Ecclesiæ vtilem esse.

V. Quid tuum autem? Ergo, inquit, per Pontifices Romanos. Atqui primum hoc nihil ad rem. Nam, si per Pontifices Romanos Petrus commoneat Ecclesiæ, tamen non propterea necesse est eum omnibus praesesse. Tum quia non per solos illos: quandoquidem omnes qui ubique sunt Episcopi, itidem commone faciant: tum quia nec ipse Petrus, qui commonefaciebat per se ipsum, fuerit Oecumenicus.

VI. Leinde negatur consequentia. Ille confirmat: *Quia speciatim se id facturum Petrus sit pollicitus.* Imo, inquit, cum Petrus sit pollicitus se speciatim facturum: sequitur non Pontifices Romanos id facturos. Nam profecto Pontifices Romani, non sunt speciatim Petrus. Et aliud est longe, seipsum polliciti facturum: quam prædicere alios facturos. Tum autem non sterifer Petrus promissus: se semper commonefacturum ævum. Nam Pontifices Romani non semper commonefecerunt Ecclesiæ: quum non fuerint nulli vel haeretici, vel haereticis fauentes: nec nulli monstra potius quam homines. Et quidem notandum agere Petrum, non peculiariter de dogmatis fidei: sed de moribus: quibus commemoratis, inculcandisque inceptissimi hominum sunt, qui monstra potius quam homines. Scilicet Bozus persuaserit Petrum commonefecisse Christianos, ut operibus electionem suam stabilirent; per eum Papam, qui Lugdunum discedens, non nisi vnum sed perpetuum lupanar reliquit, teste Hugone Cardinale apud Matthæum Paris.

VII. Itaque illa superflua est Bozij interrogatio, *Per quos?* Enuntiatum est temerarium, necesse esse ut aliquis egreditur, & egerit Petri nomine. Nam & veretur, ne non magis Petrus, quæbusque iuriis egile videatur, importunum est. Nam primo, quis magis Petrum dicit? Non ipse profecto, qui tantum dixit se facturum. Sed nimis nihil in Scripturis pro se habent Papistæ, nisi quod ipsi addunt de suo. Deinde, unde est consequentis necessitas? Aut cur si ipse fecit, non magis fecerit quam alius? Nam profecto Paulus se plus omnibus laborasse dicit, qui tamen per se fecit, non sibi substituit alios.

VIII. Sed per se, negat Bozus: eo quod incipere se dixerit, & quidem iam morti proximum. Imo, inquam, negant omnes alii Papistæ, qui ab his verbis eruant intercessionem sanctorum post mortem: quicunque dicunt Petrum promissus habiturum se eos ad quos scribebat, habitarum, inquam, post mortem suam. Nam perspicuum est hos sibi persuasissima illam incepisse propinquum morti, ut post mortem præstiterit ipse, atque adeo etiam præstet. Non enim, puto, crediderunt, intercedere apud Deum per interpositas personas. Quid enim iis Bozus actuus est? Oppositurus scilicet suam autoritatē illorum autoritati. Dignum patella operculum.

IX. Veroncamen huius mendacii ope absit ut veritas indigeat. Primum, non dixit Petrus se incipere: sed finxit Latinus Interpres. *Οὐκ ἀπέλθω:* inquit Apostolus. Guillaudus, *Gracis est, non negligam, non omitram: siue non possum non vos hortari.* Atqui hæc phrasis non ea tantum comprehendit, quæ in posterum inchoanda sunt: sed etiam, quæ à præterito inchoata, post continuantur: & est generalis, ad vitrumque Petri tempus, tum ante mortem, tum post eam: ut sensus sit, dum viuam in eam cutam totum me dabo, ut post obitum meum hæc, quæ auctoritate repono, in memoriam, revocare queatis.

X. Et re vera ita fuit. Nam scriptit Epistolas viuus, quæ post eius mortem omniibus fidelibus etiamnum hodie inculcant illud idem. Guillaudum audi. Quemadmodum optimi præceptores discipuli, quorum studiosissimi sunt, ne animo excidant quæ pia. *Ελάτη ab eis didicerunt, ut non solum hū, sed & postea omnibus præfessi possint docendo, literas, & virtutum monimenta ad se scripere, veluti animalium componendorum specula, tradere solent:* ita & nostrarum Apostolorum ipsas Asianas, quæ potius toti Ecclesiæ Christianæ destinare, & cœlestis testamentum delegare voluit hanc Epistolam, qua animatum diuinum, purum, sincerum, & integrum non modo perspiciat, sed etiam ipso mortuo habeant, quod doctrina olim ab ipso tradita admoneant. Et vero dicit a Lorino, *Est apud Gracis tritatis satis iuris, quæ nos notio (a verbo nō mirū) iuris iurorum, quo yllo Petrus) pro cōmentario, & breui ad inuandam memoriam scripto. Videntur utatio constet, quæ posset Petrus etiam proximus morti polliceri, sc. le, inquam, ipsum id effigeturum?*

XI. Arque is fuit Petri locus. Nunc Pauli, 4. ad Philippos. *Etiam ergo & te germane compar, adiuua illas, quæ mecum laborans erant in Evangelio cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis.* Quis hæc verba sperasset vilia stabiliri Oecumenico? Certe non amplius tantæ molis erit Romanum condere gentem, quando sunt tam obviae demonstrationes. Audiamus commentum: & quidem subtilissimum. Is Clemens erat Episcopus: quia Pauli *euangelistæ*, quo nomine semper Paulus vocat Episcopos. Quid erat autem, quod Clemens adiuuaret eas mulieres, quæ Philippis erant tam longe ab urbe posita, nisi quod Clemens, non modo erat Episcopus urbis designatus; sed & ad eum iam pertinebat curam habere omnium? Et quid nominatim Clementis mentionem fecit? cur non aliorum? cur non propinquorum Philippis? nisi quod nominatim pertinebant hæc omnia ad illum; ad ceteros non nisi generatim, vel suis indicibus ac locis? Et tibi aliquot muliercularum curam magnum fundementum Romanæ superbis.

Tom. II.

XII. Esto sane is Clemens Romanus; quandoquidem ita defnieri Hietonymus. Sed Episcopum fuisse, non est concessurus Salmero. Nam re pondens Cen. uitatoribus, ab eo ipso *euangelistæ* nomine arguentibus, non fuisse designatum Romanum Pontificem a Petri, *Ignorant*, inquit, *isti boni viri, quod Paulus* (sic enim legendum, non Petrus, ut est editum) *hanc Epistolam scripsit ex urbe, & ex vinculis, à quibus liberatus vixit fere per decennium. Illo autem tempore erat quidem cooperator Pauli Clemens: non autem nouerat esse ordinatum Ecclesia Romana pastorem. Nam Petrus iam proximus mortis illum sibi successorem futurum declarauit.*

XIII. Nec verum non nisi Episcopos appellatos Paulo *euangelistæ*. Ad Romanos ultimo. *Salutare Priscillam & Aquilam, & ceteros euangelistæ adiutores meos in Christo Iesu, vxorem vitumque eius, A. C. 18.* Iancin Episcopis non coniugatum modo, sed etiam mulierem? Nisi forte, nil nugacius Bozio.

XIV. Sed esto: quid inde? Quid erat, inquit, quod Clemens adiuvaret cas mulieres? Adiuuaret autem? quis dixit? Paulus ambiguū reliquit. Potest enim construere, vel *euangelistæ* vel *Clementes*; adiuuaret una cum Clemente: vel *euangelistæ* vel *Clementes*; laborarant tecum una cum Clemente. Tu primum prævalisti. Sed quo argumento? Justinianus, cum in Annotacionibus dicit, *Non facile quis statuat à quo verbo pendeant: an fæmina illa dux cum Paulo laborauerint, itemque cum Clemente, & ceteris an hic compar ger manus, fæminis illis, ipsique adeo Clementi, reliquisque adiutoribus, opitulari debeat.* Verumque sensum tam Graci quam Latinis codices admittunt: verum illi priori sententia magis fauunt. Tum in paraphasi, *Quæ una tecum promulgando Euangelio strenue decertarunt, una cum Clemente, ceterisque adiutoribus meo, quærum nomina in libro vita descripta sunt, mihi laboranti sub studio fuerunt.* Caietanus. Ad verbum, certaverunt, referuntur isti: & est ordine littera: *qua mecum & cum Clemente, & ceteris cooperariis meis certaverunt.* Nec Lyranus aliter. Imo Louaniensis Gallice sic expresserunt. *Qui ont trauaille avec moy en l' Euangile avec Clement, & mes autres coadiuteurs. Pötteras quiescere. Bozzi, horum vius consilio: minori forte cum subtilitas, at maiori certe & iud cii & modestia laude.*

XV. Demus tamen voluisse Paulum à Clemente iuuari has ipsas mulieres: quod etiam Anselmus non respuit. Quid tanto dignum hiatu? Quæris cur Clemens iuuaret? Quasi tibi Paulus illud arcanum, si quod fuit, debuerit insinuare: & quæcunque dixerit, eorum tibi rationem reddere. Nam quod causam conicis Episcopatum refellit Salmero, qui negavit sciuisse Paulum, futurum illum Petri successorem. Tum autem si scisset, tun' putas quæ consecrati sunt, easdem functionis partes esse designati? Nam tu nil nisi designatum dicas.

XVI. Cur non alij vicintores Philippis? Quis igitur, ille erat Germanus compar? Qui ceteri adiutores? Omnes ne procul Philippis, ex ultima fortasse Hispania, an Scythia? Ut cuncte: sed tamen, si ad Clementem eō pertinebat harum muliercularum cura, quod esset Episcopus Romanus, non debuit comparem, non debuit reliquos sollicitare, quibus in eo Episcopatu nihil erat commune.

### C A P. III.

*Vtrum Petro successum fit.*

I. Bozus nugabatur. An reliqui magis serui? Examinemus argumenta. Et quidem hoc primum decantissimum, neq; à quoquam præteritum, qui in hanc arenam descendit. Id est iure successus. Bellarmino c. 1. *Ius successus Pontificum Romanorum in eo fundatur, quod Petrus Roma sedem suam, iubente Domino, colligat.* Esto hæc argumenti forma. Quicunque cuiquam succedit, is eodem iure vitetur, quo vrebatur is cui succedit. At Episcopus Romanus successor Petro. Ergo eodem iure vitetur cum Petro. Et est Oecumenicus, ex vi consequentis.

II. In eis loquitur Gretserus. Chamierus, inquit, impudenter hunc *sylogismum affingit Bellarmino.*

III. Imo Gretserus non pudenter calumniatur. Nam Bellarmino verba Chamierus descriplerat: argumenti formam non Bellarmino magis affingebat, quam Papistarum culibet. In quibus Bozium legerat c. 6. libri 18. de Signis. Heretici huc tandem configunt omnes, ut dicant Pontificem Romanum iure diuino non succedere in uniuersum ius Apostolorum principem Petro: sed contrarium Cyprianus tradidit. Paulo post. *Quod si successor uniuersum ius sortitur, quod habuit is cui succeditur, & Petrus idem habet à Deo: idem successor contingit.* Ego, ne igitur imposui? An Gretserus nihil vidit?

IV. Respondeo autem ad utramque partem antecedentis. Maiorem esse falsam: quod etiæ Gretserus concedit: tamen doceo exemplis. Iacobus erat Apostolus, ac proinde uniuersalis doctor; ex Christi mandato, *Disce omnes gentes.* Imo, si qua fides Epistolis Clementis. Episcoporum, regens Hebraeorum sanctam Ecclesiam, sed et ceteras Ecclesiæ, que ubique Dei poruidentia fundata sunt. Quin cum Paulus numerat inter denuo. *τρισσαρις, τρισσαρις δορσολογια.* Huius in Episcopatu Hierolymitanæ successores historiæ laudent, Simeonem, Iustum, Zachariam, Tobiam, alios: quorum tamen nulli ius fuit idem cum Iacobo. Denique omnes Episcopi vulgo dicuntur Apostolorum successores.

V. Iam ratio manifesta. Quia sit ius quoddam personale, quod & priuilegium appelletur. Hoc non transit ad posteros, quantumvis haeredes. Nos vero assertimus, quicquid in Petro fuit prærogatiuarum supra Apostolos, fuisse personale: quomodo eum Eusebius dixit reliquorum principem, propter virtutis amplitudinem. Sunt enim virtutes dona personalia, quæ non transferuntur in successores: ac proinde nec principalitas; earum virtutum est: ut si Cicero, proper eloquentiam, primus fuit Romanus, hoc est, Romanorum principes: non est tamen consequens eius filium iridem fuisse primum, & principem: quia eum pater non reliquerit & eloquentia & fortunarum haeredem. Afferimus præterea: quicquid idem Petrus habuit prærogatiuarum in omnes Prophetas, Evangelistas, Pastores, Doctores, Episcopos, vel quocumque nomine celebrantur; id habuisse ex Apostolatus iure. Quia omnes Apostolos Christus constituerunt uniuersi orbis Doctores: atque etiam ipsorum Episcoporum

vnde eos primo gradu Paulus recentuit. *Dedit Deus primo Apostolos.* prioris ad Corinth. 12. Et exactius ipso appetet. Quia Apostoli non tantum constituebant Episcopos in singulis Ecclesiis, sed iis etiam mandata dabant, leges prescribebant. Porro Apostolicum manus fuit extraordinarium: ac proinde non transiit ad posteros; ipsi concedentibus aduersariis. Itaque quæ eius munera prærogatiæ fuerunt, non debent extendi ad posteros.

V. Ad Minorem respondeo, successorem duplicitate dici; alias ratione temporis; alias ratione muneris. Prior modo is successor dicitur, qui tempore est posterior: vnde Ambrosius in c. 12. prioris ad Corinthios, de Paullo si loquitur: *Minor non est Apostolis, præcessoribus suis, non dignitate, sed tempore.* Quo unum verborum constructio hæc est, ut Apostoli dicantur Pauli præcessores, (ac proinde Paulus Apostolorum successor) tempore, minime vero dignitate. Hoc sensu Epiphanius hæresi 24. *Margenses, Epipliætæ, & Dæmones, & alii.* Beatus Irenæus, ille Apostolorum successor. Theodoretus Dialogi i.c. ultimo, post multos citatos testes è Partibus; *διάδοξος τείχος διάστασις καὶ εἰδήσις γέλοντας, successores δινινούμων Apostolorum hi viri fuerunt.* Cyprianus Epistola 69. Præpositus dicit Apostolis *vicaria ordinatio ne succedere.* & epistola 42. *Laborare debemus, ut unitatem à Domino, per Apostolos nobis successoribus traditam, quantum possumus, obtinere curemus.* Nobis, inquit, tum dæ se, tum de Cornelio. Itaque se ipsum successorem putavit Apostolorum. Gaudentius tractatur in ordinatione sua, de Ambrosio. *Et tanquam Petri Apostoli successor, ipse erit os uniuersorum circumstantium Sacerdotum.* Denique hoc sensu Germanus Brixius libro 2. Chrysostomi de Sacerdotio, eos qui Græce dicuntur *οἱ μὲν αὐτοὶ, Petri successores, verrit.* Quomodo apud Halicarnassum lib. 2. cum legis, *οἱ μὲν εἰσιν οὓς κανονισταὶ λαμπάροις δέξανται.* Latine redditum, *tum post illos Reges, magistratus annui.* At Brixius veritatem, Regum successores, quamvis Reges nulli essent, sed Consules. Hoc sensu Episcopi non tantum Apostolorum successores dicuntur, sed etiam Petri. Sacerdotes, inquam, quilibet Petri successores dicuntur, non tantum Romanus: & adeo quidem, ut Gildas castigatione in ordinem Ecclesiasticum, dixerit in Britannia esse *sedem Petri Apostoli immundu pedibus usurpantes.*

VII. Posteriori autem modo, successoris est, qui alicui succedit in eodem administrando munere, ut Regibus Reges, Consules Consulibus, Imperatores Imperatorib. Episcopi Episcopis, in singulis regnois. Rebus. Imperis, Ecclesiis. Hoc sensu, ut aliquis alicuius successor datur in hac, illave Ecclesia, necesse est, easdem eius administrandæ partes in vitroque, id est, tum præcessore, cum successore, considerari: alioqui successio non est. Exempli gratia, in Romanæ Ecclesiæ administratione Clementis successor dicitur Anacletus, sive Cletus (nam dissentient autores) quia veterque eiusdem Ecclesiæ Episcopus: non vero Laurentius: et si versatus ipse etiam in eadem administranda Ecclesia: ratio est, quia diversæ fuerunt Clementis & Laurentij partes: ille enim fuit Episcopus, hic Diaconus.

VIII. Hæc quum ita sint, dico de successoribus priori significatione falsam esse maiorem propositionem. Neque enim verum, omnes, qui posteriores sint tempore, eodem iure vi cum antecessoribus. At altero sensu negatur minor. Sunt enim Episcopi Romani successores Petri tempore, non vero dignitate, aut munere: atque hoc est *τίκτεντος προπόντιον*, de quo summa contentione disputatur. Nostra negationis ratio gemina. Prima: quod Petro successor nullus fuerit, secunda significatione: altera, quod Petrus non fuit Episcopus Romanus. Vtramque aduersarij diligenter impugnant: sed quidam argumentis generalibus, quibus docent Ecclesiæ debet *μητροπολιτας* gubernari: quæ quia prolixe refutata sunt libro nono, nihil opus est hic repetere. Tantum ergo propria, si qua sunt, examinabuntur.

IX. Ergo, contra primam rationem disputatur, debere aliquem esse Petru successorem in Pontificatu Ecclesiæ vniuersæ. Atqui quatuoriam præcedentibus libris demonstratum, atque confessum est, nullum fuisse constitutum vniuersa Ecclesiæ Pontificem, atque adeo nec ipsum Petrum. Quare quicquid differuerunt Bellarminus, Stapletonus, alij, supposita eius muneris necessitate, petitio est principij non argumentum, quo quicquam demonstretur. Enimvero, si post Christum nullo Ecclesiæ opus habuit Oecumenico Pontifice, ergo ne nunc quidem. Potuerunt igitur hæc omnia absq; yllo veritatis detimento præteriti. Sed expedientur tamen, ut quilibet, etiam tenuis ansa, præcidatur Sophistis insultandi, quam solent captere etiam ex re nihil. Et quia sic de Petro disputatum est haec tenus, ut concessimus fuisse huic Apostolo suas & proprias prærogatiwas, propter quas vocatus sit, & quidem merito, primus, princeps, caput, *καρυφᾶς, καρυγγᾶς, ἔξαρχος* Apostolorum: fuisse etiam ex Apostolatus iure, quandam quasi vniuersalem Episcopum, quatenus Apostolis nullæ erant certæ assignatae Ecclesiæ, sed omnes indefinitæ: sic nobis disputatio temperabitur; ut qualunque habuerit prærogatiwas, sive ex Apostolatus communis cum aliis, sive ex alia causa proprias, eas negemus successione perpetua: sed in eo potius desisse.

X. Posnanienses sic arguunt, thesi septuagesima tertia. Quæ Dominus Apostolis omnibus commendauit, atque congruentia fidelibus vniuersis, eadem futuris Christianis omnibus commendata sunt. Et patitur ratione: quæ Dominus Apostolis loquutus est: ad ipsos quidem spectantia, quatenus Ecclesiæ Sacerdotes, hæc non quidem ad fideles omnes, sed ad reliquos in Ecclesia Sacerdotes referuntur. Ergo, & quæ ad Petrum à Christo dicuntur, quatenus ceteris fidelib. congruunt, iisdem quoque communia sunt: quæ autem, ut Apostolorum primati, & Ecclesiæ pastori, ea cuiusdam posterorum, qui Petro succedat, accommodanda sunt. Est autem ei ut Ecclesiæ pastori, & Apostolorum primati dictum, *Pasce oves meas, & similia, quibus in Ecclesia princeps constitutus est.* Ergo hæc debent etiam de successoribus intelligi.

XI. Respondeo, Posnaniensem distinctionem, vel intricatam esse, vel non plenam. Non plenam: quia te vera quæ Petru dicta sunt, ea sunt in triplici differentia, alia, ut fideli, ita que omnibus fidelibus communia; alia, ut pastori Ecclesiæ, ita que etiam communia omnibus pastoribus: alia denique, ut Petru: itaq; peculiariæ ipsi: nec cum quoquam communia.

nicanda. Hæc autem quæ tria membra sunt, Sophistæ tantum duo consti tuunt. Gregorius de Valentia Commentariis in Thomam primum omisit, secundum & tertium expressit: longe facilius. Nam ab omisso tertio, nata Posnaniæ sum intricatio. Eodem enim membro comprehenduntur quæ tanquam Ecclesiæ pastori dicta: tum quæ tanquam Apostolorum primati. Quæ tamen valde sunt distinguenda.

XII. Nam illud, *Pasce oves meas*, dictum tanquam Pastori: itaque non Petru eximium: sed cōmune cum reliquis Apostolis: & post suo modo, cū omnib. pastoribus, ut alias demonstratum Itaq; non vni cuipâ successor, ea verba Catholicæ accommodarunt, sed omnibus, id est, Episcopis. Et vero intoleranda est tyrannis, quæ sibi cum reliquis sunt communia (si quidem ipse cum reliquis sit vere pastor Ecclesiæ) ipsum sibi quasi priuilegium aliquod solum vendicare Romanum Episcopum. Quanto fuit Petri modestia laude dignior, qui se, et si Apostolum, tamen *οὐ μητροπόλιτος* appellauit? Sed quæ Petru dicta sunt, tanquam Apostolorum primo (si sunt quædam dicta) ea ineptum est propagari ad posteros, quorum nullus dici potest Apostolorum primus, qui ne Apostolus quidem fuit: nedum primus in tam sublimi ordine, vnde infinitis parasangis aberat.

XIII. Alterum argumentum, cum Posnaniensium, tam Stapletoni: Quicquid est ordinarium, est per successionem perpetuum: manente postfatis obiecto. At Pastori, est officium ordinarium. Ergo perpetuum. Probatum assumptio: primo, quia Ecclesia semper est ouile: Ioannis 10. *Erit unus pastor, & unus ouile.* Secundo, quia quæ nomina enumerantur à Paulo 12. prioris ad Corinthios, & ad Ephesios 4. partim extraordinaria sunt, & temporanea, ut Apostoli, Euangelista, Prophetæ: partim ordinaria: & in his Pastores, & Doctores. Petrus ergo in officio pastorali omnib. alii praælati, haber necessarii huius supreami pastoratus successorem.

XIV. Respondeo: Pastoris significationem distingui. Alias enim late, pro quolibet pase ente Ecclesiam Dei, quomodo etiæ Prophetæ: alias contracte pro iis, qui alio nomine Episcopi, & Presbyteri dicti sunt. Itaq; hos posteriores pastores certum est esse perpetuos. At illos non omnes, Quia non Apostoli, non Prophetæ, non Euangelista perpetui fuerunt. Nec valent contra probationes. Prior, quia Ecclesia non est vnum ouile, nisi respectu Christi vnius pastoris, de quo is locus intelligendus, ut alias dictum. Nam singulorum pastorum singula sunt ouilia: quomodo Petrus dicebat *τὸν διάνοιαν γρεγεμονεύειν*. Posterior vero: quia Petrus pastores distinguens ab Apostolis, Prophetis, Euangelistis: fatis ostendit, se non sumere vniuersaliter: & ipse Stapletonus, concedens illos esse extraordinarios, concedit etiam quosdam pastores non esse perpetuos.

XV. Iam igitur tota quæstio est, vtrum Pastor iste Oecumenicus, sit ordinarius, an extraordinarius. Et illud debebat aduersarij proprium argumentum euincere: non solo pastoris nomine. Nos tamen etiam hoc docemus, ab eodem Pauli loco. Nam si continetur ea enumeratione hic Oecumenicus pastor. Ergo, vel in tribus primis nominibus; vel in duob. postremis. At non in postremis: ratio, quia tum non esset in Ecclesia summus ordo, sed duntaxat quarto gradu; ac proinde inferior Apostolis, Euangelistis, Prophetis: quod nunquam aduersarij concedant. Est igitur in tribus primis: quod etiam agnoscit Bellarminus c. 9. libri 1. de Pontifice ad secundam obiectiōnem, afferens Oecumenicum Pontificem contineri sub Apostolis. At hoc si verum est, tum causa cadit Stapletonus, qui eos tres concedit esse extraordinarios: vnde nobis legitima conclusio, non perpertuari successione.

XVI. Huc refero tanquam instantias, quæ aduersarij maluerunt tanquam argumenta separata. Ergo prima instantia, ex Bellarmino. Certum est Pontificem esse propter Ecclesiam: non Ecclesiam propter Pontificem. Augustinus lib. de Pastribus cap. 1. *Quod Christiani sumus, propter nos est, quod prepositi sumus, propter vos est.* Atqui Ecclesia non minus eget nunc uno Pastore, quam tempore Apostolorum, imo vero etiam magis, cum nunc sint Christiani & plures, & peiores. Ergo, moriente Petru, interire Pontificatus non debuit. Summa est argumenti: Quicquid institutum est propter Ecclesiam, id tandem debet durare, quamdiu ipsa durat Ecclesia. At Petri autoritas est instituta propter Ecclesiam: ergo durare debet quandiu ipsa Ecclesia.

XVII. Respondeo: Negatur maior. Nam omnes gradus Ecclesiastice Hierarchie, sine dubio instituti erant propter Ecclesiam: teste Paulus Ephesios 4. *Dedit alios quidem Apostolos: alios vero Prophetas: alios autem Euangelistas: alios autem Pastores & Doctores: ad coagmentationem sanctorum, ad opus ministerij, ad edificationem corporis Christi.* Et tamen certum, non perfeuerasse ad hoc vsq; tempus, Apostolos, Prophetas, Euangelistas. Quid ergo? Nimirum distinguenda Ecclesiæ initia, ab eius duratione. Sunt enim quædam ita instituta, ut perperuo durationem Ecclesiæ comitentur, ut Pastores, & Doctores, sed alia sunt instituta inchoantæ Ecclesiæ: & hæc post inchoatam oportuit cessare. In iis autem erat autoritas illa summa Petri: quam habuit ex Apostolatus iure. Grieser negat candem rationem esse Apostolatus, & Pontificatus Oecumenici. Quidcum, inquam? An propter ea non falsa syllogismi maior? Imo hæc ipsa eam distinctio docet esse falsam: cum concedas Apostolatum cessasse: & tamen non neges institutum fuisse propter Ecclesiam. Sed enim quænam est illa diuersitatis ratio? Nempe quia necessaria est duratio Pontificatus Oecumenici, at non Apostolatus. Egregie, & valde Jesuitice: a mera principij petitione.

XVIII. Porro, quod iunit Ecclesiam hodie non minus egere vno Pastore, quam olim: falsum, dupli nomine: primum, quia nunc quam equi vno pastore præter Christum. Nam Petrus non erat vnicus Apostolus: id est, summus pastore, deinde, quia aliter ipse Christus iudicauit, qui pater illos, qui Apostoli dicuntur, alios nullos constituit: itaque iudicauit eorum autoritatem (hæc autem erat summa & vniuersalitas) non esse amplius necessariam. Quis autem se Christo opponat? Sed facti sunt Christi, non plures & peiores. Quid tum? Quasi dicas: ab initio mundi vnuus erat pater: familias, Adam: ergo nunc, quam multiplicatum est genus humanum, & factum deterius, non oportet esse nisi vnu in toto orbe patrem familiæ.

XIX. Altera instantia ex Stapletono. Petru solo nominatini tota cura pascendi simul, & semel commissa est: & ei in persona claves regni celorum

lorum traditæ sunt. Ergo eius personæ successio & continuatio necessaria est, non solum potestatis illius traditæ. Aliorum Apostolorum successio, nec quoad loca, nec quoad personas certas, ppterua fuit: quia nulli illorū nominatim, sed in genere tantum: nulli tota potestate simul & semel collata fuit, sed certæ regiminis partes. Ioann. 20. Matth. 18. & ultimo. Sic in veteri Synagoga: quia cum tribu Leui, & nomio atum cum Aarone, & filiis eius, pactum Deus niterat, Numerorum 18. propterea non nisi in totalitate tribus sacerdotalis successio: & non nisi in filiis Astorius suprimenti sacerdotii successio perpetuo conservata est.

X. Hic vero, quid potissimum reprehendam? Primo, quid illud sibi vult, necessariam est successionem per perpetuationemque non tantum potestatis, sed etiam personæ? Diuinus Oedipus, quomodo possit dici persona Petri continuata per successionem? Nisi forte personam sic nomines, quomodo dicimus sustinere personam alieuius. Sed ne infans quidem ita balbutiret: nam ea persona non est aliud, quam ipsa autoritas. Procul dubio autem alia fuit Petri persona, alia Lini.

XI. Secundo cōsequētia est inepta. Petro soli nominatim simul & semel tota cura est commissa, ergo eius necessaria est successio. Contra potius: nam illud, soli, & nominatim, si quid virtutum habet, indicat personale aliquod prius legium. Nam quæ debent continuari, non sic solent & soli & nominatim tribui. Sic ne ipsi quidem Papistæ diffidentur eam potestatem retinendorum remitti eorumque peccatorum, quæ omnibus Apostolis est concessa, successione esse continuatam.

XII. Tertio, id ipsum soli nominatim, vel incepto, vel falso sumitur. Inepte, si nominatim intelligas, pro ipso nuncupato nomine: sic ut quemadmodum dictum est, *Patre, pase oves meas, non sit dictum, Iacobus, pase oves meas.* Etsi enim quis ita nominatim appelleretur, non sequitur tamen ei prorsus soli conuenire id quod dicitur: quum nihil obstat quominus generalis doctrina alicui specialiter applicetur: ut quum soli nominatim Paulus dixit, *O Timotheo depositum serua: & auersare profanos de rebus inanib, clamores.* Nam etsi nusquam ita nominatim legas, *O Ioseph, depositum serua: tamen non magis id præceptum ad Timotheum pertinebat, quam ad Titum.*

XIII. Quod si illud nominatim accipitur pro speciali designatione ipsius personæ, dico falsum esse. Petro soli nominatim eam curam fuisse commissam. Nam Ioh. 20. ita habetur: *Pax vobis: sicut misericordia Pater, ita & ego mitto vobis: & quum hac dixisset, afflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum Sanctum: si quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: si quorum retinueritis, retentur.* In quibus verbis certissima est personarum designatio: tum quia illud vobis, perinde est, ac si singulos suis nominibus Christus compellasset: tamen quia afflatio facta est in ipso; atq; vt significantius loquar, in eorum corpora, ut designatione esset expessior.

XIV. Quarto, illud simul & semel, & tota cura, quorsum? Nam si hanc mente, ut cui simul & semel tota cura pascendi commissi est, eius necessaria successio censeatur: frustra est: & reliquias Apostolorum itidem facili: quum dictum: *Magni donum nrae misericordie, discipulos, & ita omnes gentes: id est, Christianos: nam inde discipuli appellati, qui post a Christiani. Christianos autem efficere, simul & semel significat omnes partes pascendi. Et tamen omissis Apostolis, quibus id dictum, non conceditur successio.*

XV. Quinto, ingens est mendacium, alias Apostolis certas duntaxat regiminis partes esse assignatas. Quas enim? An non in omnes gentes? Contra sunt diserta verba. An non æqua auctori ait? Contra Cyptianus: *imo contra Paulus: qui se nulla re iugnivit, ait assit.*

XVI. Aaronis exemplum est dissimile. Sic n. legimus Numerorum 18. *Dixit Dominus ad Aaron, Tu & filii tui, & domus patris tui tecum portabitis iniuriam sanctuariorum: & tu & filii tui simul sustinebitis peccata sacerdotiorum vestrum: sed & fratres tuos de tribu Leui, & scepter patris tui sume tecum, praesque sint, & ministrent tibi: tu autem & filii tui ministrabitis in tabernaculo testimoniorum.* Et post, *Alienigena non miscetur vobis.* Audiri? Non Aaronem tantum alloquitur, sed et filios eius nominatim, sermone comprehendit, quo successio significatur. Quid enim? Non erat Dominus nominatim alloquutus Moysem, Exod. 3. ut ediceret Israhelitas de Egypto: & immolareat; cuius tamen nulla fuit successio? Ergo successum fuit Aaroni, non eam ob causam, quod nominatim ad eum loquutus sit Deus, sed quia diserte in Filios eius continuatur iustitio sacerdotiorum: & quidam addita prohibitione, ne quisquam alienigena, id est, non de tribu Leui, ea officia usurparet. At de Petro nihil tale observarsi potest: nec in Christi ad eum sermonibus, quicquam indicari, quo successio promittatur: sed duntaxat in eum personaliter collata auctoritas.

XVII. Tertium argumentum: Ecclesia est una, & eadem omni tempore non debet igitur mutari forma regiminis, quæ est forma etiam Reip. & ciuitatis. Quare si Apostolorum tempore unus erat supremus rex & caput Ecclesie, hoc etiam tempore esse debet.

XVIII. Respondeo: primo Apostolorum tempore non fuisse unum supremum rectorem & caput Ecclesie: sed plures, nempe duodecim Apostolorum. Itaque rorqueretur argumentum: Si non debet mutari forma regiminis, quæ fuit a principio: & a principio hæc fuit forma, ut plures essent summi rectores: ergo & hodie plures esse oportet summos rectores: id eoque nullum Oecumenicum Pontificem.

XIX. Deinde: etsi una sit Ecclesia, tamen non esse necesse, ut eadem permaneat forma regiminis: atque adeo re vera mutaram esse: cum enim ab initio Apostoli essent summi rectores universa Ecclesia, etiam singuli in solidum, deinceps tamen in ordo non perseueravit, sed mutatus est in Episcoporum ordinem, qui inde vulgo appellatur Apostolorum successores.

XX. Tertio, cum dicitur regiminis ratio, forma esse ciuitatis & Reip. luditur ambiguo. Regiminis enim ratio vel summa est, vel subalterna. De summo regimine, verum dixit Bellarminus: nam Monarchia ipsa forma est regnum: ut si vnde desinat eam tempore summo iure administrare, nullum fit regnum. Sic plurium auctoritas forma est Aristocracia: sic populi Imperium forma Democratio. De subalterno autem regiminis forma est, in eo constituti formam Reip. & Ciuitatis, eove mutato, mutati Reip. Nam Romæ post reges exactos, & ante Imperatoris inductos, sepius celebata est regiminis ratio: primum institutis Consulibus, deinde Decemviris, tum Tribunis militum: sive: et creatis Dictatoribus: & tamen eadē sem-

per etat Democracia, quia penes populum manebat summum Imperium, & maiestas. In Ecclesia summum Imperium est Christi, qua durante regiminis ratione, eadem perdurabit eam Ecclesia, etiæ eius ministerorum ratio muretur, prout ipsi visum est Imperatori.

XXXI. Quarto, Rempublicam nominari materialiter, pro hominum multitudine, unum quasi corpus effici entium, utique sociorum. Sed Monarchia, aristocratiæ, Democratia, esse eius resp. regundæ variæ rationes. Itaq; Remp. propriæ non significare regiminis rationem: atq; adeo eandem Remp. per modo Monarchiam esse, modo Democratiam: modo Aristocratiæ. Sic enim Resp. Romanorum erat sub regibus: & post sub Consulibus: & denique sub Imperatoribus. Nam vero Ecclesia, nomine est *republica: significat enim non regiminis rationem, quod modo Monarchia, aut Aristocratiæ: sed communione sanctorum, id est, id corpus, quod debet gubernari.* Quare quædam modum non sequitur: Est Resp. ergo est Monarchia: sic imprudenter dicas, est Ecclesia, ergo Monarchia.

XXXII. Gretserus in distinctione mea regiminis summi: & subalterna nugatur. Primo supponit à me summam regiminis formam appellari simplicem: subalternatam vero mixtam seu compostam. Tum negat elīdi argumentum Bellarmini. Primo, quia Chamierius fateatur mutata formam summa mutari rem publicam. At Bellarminus probat ab initio hanc institutionem. Secundo negat esse absolute vetum, non mutari unitatem Reip. si mutetur forma mixta, sive subalterna. Quia si forma prius fuit Aristocratica admixa Democracy: & postea transfatur in Democratiam, quatinus non nihil cum Aristocratica temperata, tum mutari unitatem æque ac si ex simplici & pura Aristocratica transfiserit in putam Democratiam.

XXXIII. Ast ego quid Gretsero fuisse dicam cerebri: cum mea sic interpretaretur? Me summam formam appellasse simplicem: subalterna vero mixtam? At mihi non idem cerebrum quod Jesuiti: qui in humani corporis similitudine possunt caput imaginari primatum & secundatum. Sunto sane hæc illis monstra famiaria: à me vero absunt, q. longissime. Et sane mentis meam adeo perspicue putabam exposita, ut ne infantes quidem possent: an pueriliter aluerint. Quod spacio lectores facile animaduerturos Breuiter summam regiminis rationem appellauit, eam quā vulgo maiestatem: quæ est penes unum in Monarchia: penes optimates in Aristocratiæ: penes populum in Democracy. Itaque mutari unitatem resp. cum quæ maiestas erat penes populum, usurpari à paucis, aut ab uno. Vicissim formam regiminis subalterna esse alia non potest, quam ratio temp. admin. strandi a Magistratibus, penes quos tamen non sit maiestas. Ut in regno, plures consituti solent proreges, puta pro numero prouinciatum. Et in Democracy, Consules erant, vel Tribuni, vel Decemviri. Hac ergo administratione Reip. ratione mutata, negauit mutari unitatem R. resp. & docui exemplo Romana Democracy.

XXXIV. Hæc cum ita sint, iam cuilibet manifestum fit, elisum esse arq; afflictum Bellarm. argumētū. Nā si ille regiminis rationē intelligat summam: tū negatur ēā mutā esse in Ecclesia: quia sit eius monarchia perpetua Christus, qui nūquā mutetur. Sin autē regiminis subalterna formā potius intelligatur: tū vero negatur, mutari unitatem Reip. hac mutata. Nec potuit refutare Gretserus: & ostendit non potuisse, cū ut saltē videretur refutare, *magis quidam.* Certe ego non negarim mutari unitatem Reip. si ex Aristocratica temperata fiat Democracy temperata. Sed rufus dico hæc mihi somnia in mentem non venisse. Ille autem nullo exemplo, nulla ratione docere potuit: imo ne ullus quidem potest, mutari unitatem Reip. cum mutatur ratio regiminis subalterna: hoc est, non permanere Democracy eam, in qua maiestate semper manente penes populum, alias consules sunt, alias Decemviri, alias Dicatores.

XXXV. Quartum argumentum. Ecclesia est unum corpus, & suum quoddam caput in terris habet præter Christum, ut patet ex prioris ad Corinthios 12. Non potest dicere caput pedibus, non estis mihi necessarij: quod non convenit Christo: nec ullum potest assignari caput præter Petrum: nec debet moriente Petro corpus Ecclesiæ manere sine capite. Oportet igitur aliquem Petro succedere.

XXXVI. Respondeo: primo has argu:iarum inceptias abunde satis esse confutatas c 3 lib. 9. & ostensum id caput, non unicum esse. Sed significare omnes, quibus distributa sunt, & sicut: intiora charismata. Secundo, implicari contradictionem, cum assertur non posse ullum assignari caput Ecclesiæ præter Petrum: & tamen non debuisse moriente Petro, Ecclesiæ esse sine capite. Id enim significat per mortem dehisce Petrum esse caput Ecclesiæ: unde quis non viderit effici, aut debuisse Ecclesiæ esse sine capite, contra quam assumitur: aut alium dati quempiam præter Petrum, qui caput esset, contra quam proponitur? Tertio, falsum nullum cauit assagna: i possit: præter Petrum Non tantum, quia caput est Christus: sed etiam quia, teste Am. rof. Paulus Caput in Ecclesia posuit Apostolos.

XXXVII. Grecus ad illam à me notatam contradictionem distinguit tempora. Et non posse esse plura capita, uno tempore: sed variis nihil obstat. Atqui Bellarminus de tempore nihil monuerat. Neque argumenti ea visilla erat. Liceat vero per me quidem Gretsero sive explicare suum mentem Bellarmini, ut balbo balbus soleretur optimus interpres, sive potius emendare paulo inconsideratus dicta. Sed videat quomodo certis capitibus me deatur.

XXXVIII. Quintum argumentum. Dominus omnes oves suas Petro commisit, non solum ratione loci, sed etiam ratione temporis, cum non minus nobis, quam ant: quis prospicere debuerit. Sed Petrus non semper victurus erat in carne: sicut dicitur, cum ei Dominus dixit, *Pase oves meas,* in illo omnes successores eius alloquutus est: Chrysost. lib. 2. de Sacerdotio. *Quanam de causa ille sanguinem effudit suum?* Certe viri pacudes eas aquit: rere: quarum curam tum Petro, tum Petri successoribus committebat.

XXXIX. Respondeo: consequentiam esse omnino nullā, hanc sc. Christus voluit nobis prouidum, ergo nos commendauit Petru. Quid enim? Nullo ne alio modo nobis potuit prouidere? Contra potius. Ergo non commendauit nos Petru: Ratio: quia sic non esset prouidum nobis: quos Petrus, iampridem in seculo nullus) pascere non potest. Itaque implicatur contradictione: cum dicuntur Petru commendati, qui multis post Petru seculis erant fatus. Et quod addit Bellarmin. sive ob eam causam necesse

necessarios successores, argumentum infirmat: cuius fundatum illud est, que nobis consultum esse debere, ac primis: unde, aut nihil, aut hoc concluditur, ipsum Petru debuisse permanere. Quis enim sanus credat, et quod bene consultum fuisse Ecclesie, cum Ioannes xii, sedet, quem Platina sceleratum, & monstrum appellat, Bellarminus omnium Pontificum fere determinum? Sed etiam Alexander vi, quem Guicciardinus eorum temporum histori eius nobilis, testatur caruisse fide, virtute, pudore aliisq; laudibus? Quis inquam, dicat, et quod consultum Ecclesie cum illi sederunt, quam cum Petrus?

XL. Deinde, si valeret ea conclusio: quid obstat quominus haec sit firma, Christus Apostolis omnibus dixit, *Ducete omnes gentes: Ergo commisisti illis omnes gentes, non solum ratione loci, sed etiam ratione temporis?* Certe enim ea penderet ab eodem principio: quia non minus nobis, quam illis gentibus, quae cum erant, Christus prospectum voluit. Atque hinc altera sequitur. *Apostolis singulis successum oportet esse. Quae cum absurdam sunt, consequentia ostendunt antecedens esse ineptum.* Quare id potius teneendum, cum Petrum Christus sic est a loquutus, *Pasce oves meas, hoc voluisse, ut ipse Petrus personaliter ius haberet pacendi omnes oves Christi, et que cum reliquis Apostolis, ut ante latius exposuimus.*

XLI. Ridet Chamierum Gieserus, clamitatem Christum alio modo Ecclesie potuisse prouidere, quam d. modo successores Petru. Et negantem et quod consultum Ecclesie per Alexandrum sextum, ac olim per Petrum. Ad prius responderet potuisse quidem alio modo Christum prouidere, sed re ipsa alio modo prouidisse, non probaturum Chamierum. Ad posterius: si infallibiliter, tem Cathedrae & definitionis spectes, ut par sit, et quod prouisum per Alexandrum, ac per Petrum.

XLII. At Gretserum, quem virum iudicaturi sunt docti? Nam in priori, certe ille mihi amandus infra pueros: qui norunt infirmari consequentiam, cum docetur non necessarium, si hoc sit illud esse: posse enim aliud. Chamierus igitur cum audiret Bellarmino assertem: *Sinon constitutus fuerit Petru successor, non fuisse bene a Christo prouisum Ecclesie: Negauit esse necessarium: quia potuerit aliter prouidere, quam per successorem Petri.* Et hoc adeo verum, ut ne Gretserus quidem sit ausus negare, quantumvis leuita. Quid ergo peccauit? Non docuit, aliter prouidisse. Quasi eius haec partes fuerint. Et non satis, consequentiam infirmare. Quanquam quod hic factum non est, fidelib, cum probo Aristocraticum esse Ecclesie regimen.

XLIII. De infallibilitate Cathedrae, non est necesse, quicquam diceres: sed ridere Sophistae, qui nihil non audent. Quaaquam, quid ille ad hanc solam configit? An quia haec sola pars est necessaria ei qui Ecclesie praesidet? Atqui ipse Petrus contradicit: prioris f. *Pascite Dei gregem, non turpiter affectantes lucrum: sed ut qui sis exemplaria gregu.* Ea tibi, ut alia mitram, duo capita necessaria bene Ecclesiam gubernaturo. His si capiibus inferior est Petru Alexander sextus (& inferiorem esse ne Gretserus quidem ambigit, quantumvis adulator Papae maximus) nego tam bene prouisum Ecclesie intuso Alexando quam olim Petro constituto. Adhuc ne tides Gretsero? Credo: sed Sardo nium.

XLIV. Quod ad Chrysostomum attinet, vindicando hic mihi est ab immuni Sophistice. Sic enim eo leuitate abutuntur, quasi loquutus esset de Petri successoribus, id est, iis qui Petru in idem munus, eademq; dignitatem successissent. Quod est falsissimum: Imo vero apud eum Successorum nomen nullum est, quos Graece *agadixes*: appellant: sed interpretis licet *vsi paus* *Διάδημα ιερονύμου, οὐ τις βασιλεὺς, ἀτέπιτερον, ηγετός εἰναιορθοχριστιανος.* Id Germanus Brixius verit, ut recitat Bellarmus: *ut etiam reddeas Petri successores: non male: quia successores suar etiam temporis ratione. Sed male Sophistae, successores intelligunt potestatis, quod est alienum prouersus a Chrysostomi mente, cui ei post cœnacrum, sunt iij qui Petrum sequuti sunt: qui post Petrum vixerunt, non Romæ tantum, sed etiam vbius gentium. Itaq; non magis Petri, quam Pauli, Ioannis Iacobii successores intellexit. Sichabes apud Theodoretum extremo capite Dialogi i. post reicatos plurimos ex patribus locos, si *απόφενται οἱ δάσταλοι, ηγετοί αὐτῶν χριστονύμοις καὶ οὐκ οἱ προσδιδόνταλοι, Propheta Apostoliq; οὐ καὶ οἱ post ipsos designati sunt orbis doctores.* Habes eandem phrasim, nec tamē vlos luc cœstiores, nisi tēpōis. Et sic paulo ante descripsimus ex Haliacarnasseo, si *μετεπέσθιεν*, dictū & consulib. succedentib. primis Regibus.*

XLV. Sexum argumentum: in Veteri Testamento successio erat summorum Pontificum. At sacerdotium Testamenti Veteris, figura fuit Sacerdotii Testamenti Novi: igitur & non successio in sede Petri, primi ac summi Christianorum Pontificis conseruari debet.

XLVI. Resp. Primo petri principiū, cum Petrus dicitur primus & summus Christianorū Pontifex. Secundo, argumentum non magis valere de Petru, quam de reliquis Apostolis. Nā etiā in Veteri Testamento, non solum fuit successio Aaronis, sed etiam omnium Sacerdotorū. At ceterorum Apostolorū cōceditur nulla fuisse successio. Ergo nō est legirima, aut certe necessaria. Sōlequētia à Veteri ad Nouū. Tertio, *απόφενται esse, quod dicitur Sacerdotiū vetus fuisse figuram sacerdotij noui, nisi sacerdotium nouū intelligatur de Christo, quē solū in Scripturā nominat.* Quod vero sic argumentū emēdat Polanienses, & Stapletonus, ut dicāt nō esse à typō: sed à minori ad maius, primo est falsū. Nā diserte Bellarminus argumentatus est à typō. Deinde causam nō iuuat. Quia eiusmodi comparationes à minori ad maius tū valent, cum eadē ratio vtrinque subest: quae hic deficit, nimis institutio diuina. Itaq; dicendū, et si aoud Iudeos vnius sumi Sacerdotis successio fuit, propterea quod erat à Deo instituta: tamē apud Christianos nullā esset; quia nō sit à Deo instituta. Deniq; et Apostolus ad Hebreos, hāc consequentiā refellit, cum docet in Veteri legē factos esse plures sacerdotes successiue, at nō in Ecclesia, vbi vnicus est Sacerdos per seipsum. Ut rōlibet ergo modo accipias, perinde est. Nam constat Aaronem fuisse typum Christi Sacerdotis. Ergo non sequitur, in typō erat successio, ergo & in re significata. Quod si à minori ad maius malis: quis credat potiorem esse consequentiā rationem in ea re, propter quam non fuit Veterū Sacerdotium institutum, quam in ea propter quam institutū fuīt?

XLVII. Septimum argumentū: Ecclesia semper est aedificāda. Est autē super Petri personā ita, ut roborata & lificanda, Ergo debet sēper aliquis

## PONTIFICE

talis Petrus esse super quem qd. sicutur, id est, cuius autoritate propagetur & regatur Ecclesia. Sed nō est, nisi qui Petri loco sedet.

XLVIII. Respondeo: concedi semper Ecclesiam aedificandam. Sed esse super Petri personam aedificandam semper, hoc vero falsissimum. Nam Paulus docet datos Apostolos, Prophetas & Evangelistas, & Pastores, & Doctores ad aedificationem Ecclesie. Deinde quod dicitur oportere esse aliquem tamē Petrum, est ambiguū: vel enim personaliter dicitur, vel ex officio. Si personaliter, omnino & falsum & impossibile. Quia persona Petri debuit per mortem cessare. Sin ex officio, cum multi tales Petri sunt: nimirum, primo omnes Apostoli, super quibus, teste Hieronymo, ex quo fundatur Ecclesia: tum, post Petrum & Apostolos, omnes Apostolorum successores, id est, per totum orbem Ecclesie pastores & Episcopi.

XLIX. Octauum argumentum: Paulus ad Ephesios docet, Christum dedisse, præter ceteros Ecclesie ministros, pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, hoc est, usque ad consummationem seculi. In his autem pastoribus, quo iure principi pastorum tempus certum & determinatum, ceteris autem perpetuarem prescribitur: cum ille sit Ecclesie fundamentum, quod reliquam Ecclesie partem sustinet & sustentat?

L. Respondeo, constare inter omnes, eos ordinis, partim esse extraordinarios, partim ordinarios. In illis Apostolos esse, & Prophetas, & Evangelistas. In his Pastores, & doctores. His ita positis, reliqua sunt facilis. Nam ille princeps pastorum, si Bellarmino credimus, in Apostolis continetur. Hoc autem significat, primo non esse unicum, quia Apostoli erant plures. Deinde non ordinatum, itaque non inferens successionem. Quod si Bellarmino non credant Polanienses, & contineri dicant in Patoribus: Ergo non erit princeps Pastorum, qui primo loco esse debet, cum pastores tantum quarto constituantur. Eligant utrum velint. Si primo loco constituunt, ergo successionem eripiunt, & unitatem. Sin quartu, ergo principiatum. Imo etiam rursus unitatem: non enim pastorem Paulus nominavit, sed Pastores: ut ante non Apostolum, sed Apostolos.

## CAP. IV.

## Vtrum Petrus fuerit Episcopus Romanus.

I. Taque nullo arguento probatur neesse fuisse, ut Petru aliquis successeret. Sequitur altera quæstio de Episcopo Romano, an possit dici successor Petri, rationem unius, potius quam temporis: quo nos negamus: hoc arguento: quia neesse esset Petrum fuisse Episcopum Romanum. Hoc autem falsum esse. Ergo quæstio fit, vtrum Petrus fuerit Episcopus Romanus: quod omnes assertunt Papistæ uno ore.

II. Hic disputari solet vtrum Romæ Petrus fuerit. Ac sane non tantum de eo nihil Scriptura testatur: sed nonnulla sufficit in contrarium arguenda. Imo in ipsa Ecclesiastica historia multa sunt quæ scrupulum moueant. Verumtamen omnes Patres magno consensu asserterunt Petrum Romanum esse prefectum, eamque Ecclesiam administrasse. Et mihi quidem non facile vellicandus videtur tantus consensus: maxime cū, quæ è scriptura ducentur argumenta, conjecturæ sint potius, quam demonstratioes: & res ipsa non pertinet ad Ecclesiastica dogmata: sed ad historiam. Itaque non tractabo hanc quæstionem: quamvis meo isto iudicio prædicace nolim viris doctis quibus aliter vistum. Sed fuisse Petrum Romanum Episcopum, quomodo Linum, Cletum, Clementem, hoc vero nego; & Pastorum assertum argumenta solide confato,

III. Primum ex Bellarmino: Petrum Episcopum Romanum fuisse, sude e videtur summa dignitas Romanæ Ecclesie. Semper enim omnium contentu habita est prima, & præcipua omnium. Non potest autem illa ratio reddi huius excellentiae, nisi quia princeps Apostolorum, illius Ecclesie præcipius pastor, & Episcopus fuit.

IV. At primum, haec tantum est conjectura: vel hoc indicio quod à Bellarmino titubat profertur. *Videtur (inquit) suadere. Secundo, falsum est aliam nullam tedi causam posse. Imo vero causa germana est eius vobis amplitudo. Et Theodoretus, cū varias in Epistola ad Leonem causas colligat præstā: i.e. Romanæ, cū nullo loco Episcoparum Petri numerat. Multo (inquit) prærogatiū sedes ornatur vestra. Alias n. urbes ornat, vel magnitudo, vel pulchritudo, vel multitudo eorū qui inhabitat: nōnullas autem præstas, dona quadam illustrat spiritualia. Vestra autē redūcatē honorū copiam detinu quiescit honorū largitor. Ea est omnium maxima, & præclarissima, & quæ præstas orbi terrarū, & eorū qui inhabitat abundat multitudine. Accedit hinc quod hoc quoq; quod rerū potitur, peperit imperiū, & propria sua appellatione eos quib; imperat, importat. Præcipue autē, & insigniter ea exornat fides, & fide dignus est apostolus, qui clamat, Fides vestra annūciatur in totū mundo. Et paulo post, Habet autē cōmuniū quog; Patriū, & veritatis doctōrū, Petri & Pauli separata, quæ fideliū animas illuminant. Horū autē beatissimum par, & plane diuinū extortū quidē est in Oriente, & radios oēm in partē emisit: in Occidente autē præstas alaci animo vita suscepit occasū, & nūc illino orbē terrarū suis radios illustrat. Hæc Theodoret. qui cū in eo totū sit, ut aduletur Rom. Pontifici, collectis prærogatiis, quis credat omnisū Episcopatū Petri, si ea sola esset causa dignitatis Romanæ? Tertio, non valet consequētia. Dignitas Ecclesie Rom. est summa: eiusq; in Petro caussa est, nō alibi: Ergo Petrus fuit Episcopus Romanus. Potuit n. sufficere Petri Apostolarus, fundantis eā Ecclesie: quemadmodū perspicuū est eximias fuisse Ecclesiastillas, quæ Apostolæ appellabantur: non ex eo quod earum aliqui Apostoli fuissent Episcopi: sed quod eas aliqui Apostoli aut fundassent, aut certe docuissent.*

V. Secundū argumentū: Si nō fuit Petrus Episcopus Romæ, exponat aduersarii, vbi sederit ab eo tēpore quo reliquit Antiochia. Erenim nō māisse perpetuo Antiochia, i.e. si cōfitetur Antiocheniū nulla est Ecclesia qua afferret Episcopū suū fuisse Petru, excepta Antiochena & Romana.

VI. Imo qd. est sedere? An simpliciter docere? an vero Episcopū esse huius velocius? Nā vbi sederit, id est, docuerit Petrus, facile responsū: Hierosolymis, Antiochia, Babylone: qd. cōstat ex Scripturis: adde Alexandria, & Romæ: ex traditione. Atqui hoc, quid ad rem? Neque enim quidacuit Hierosolymis, ideo dicitur Episcopus Hierosolymitanus: sic neque Babylonius.

VII. Quod

## LIBER DECIMVSTERTIVS, CAP. IV.

249

VII. Quod si dicas, Episcopū esse, respōdeo, primo nō fuissent esse sedē. realicubi Petrū, magis q̄ Paulū : quia Apostolorū esset discurrere in variis orbis partes: & de ipso Petro liquet veterum testimonio. Atque adeo Epiphanius in hæresi 27. Apostoli (inquit) sapientia ad alias terras ablegabatur propter Christi prædicationem. Non potuit autem urbs Roma sine Episcopo esse. Quibus verbis idcirco Linum & Clerum, à Paulo & Petro Episcopos variis significat, q̄ ipsi non possent eo fungimurare, idque propter variis peregrinationes. Et sive Petrum constat in Oriente fuisse septem annis duxata ante suā mortem: nisi fallunt veteres historici. Nam à Christo passo ad decimum quartum Neronis annum: numerantur anni tantū triginta sex cum mensib. aliquor. Paulum conuersum dicit anno altero à Christo passo: post eam conuerzionem anno tertio fuisse Hierosolymis idem Paulus testis est, & rursus postea anno decimoquarto, ac tum Petrū se vidisse. Scilicet annis iā & tunc postquam Romanam venisset: si tamen tū venit, cum pleriq; putant. Præterea Antiochiae fuit et post id tempus, si vere Baronius conicit, eam reprehensionem Petri à Paulo post iter Hierosolymitanum accidisse. Additum Pontum, Galatiam, Cappadociam, in quibus voluit prædicasse annos quinque: & facile videbis paucos tantum annos Petrum Romam sedisse, si fudit. Imo potius nulquam sedisse: sed vbiq; funētum Apostolatu. Non est igitur necesse, vt Petrū ostendamus alicubi sedisse vsq; ad extremū vitæ diem. Imo falsum, qđ dicit Bellarm. nō eū vel lefus Episcopum alicuius Ecclesiæ, vt Ioannē Ephesinae, Iacobū Hierosolymitanæ. Oēs potius credimus, & Petrū, & Ioannē, & Iacobū, ad extreūmū vsq; diem perseverasse Apostolos. Et si fudit Romā Petrus, haud aliter sedisse, q̄ illos suis locis: imo q̄ Paulū Corinthi, & Philippis, & alibi.

VIII. Secundo respondeo, eti Petrum Romam sedisse concedamus vsq; ad obitum, tamen non sequi fuisse eius vrbis Episcopum: Cur n. non potuerit sedere vt Apostolus. E. is op̄i munere alteri demandato? Sic n. Tertullianus Paulo Cathedram assignat apud Corinthios, non quod eorum fuerit Episc. sed tantum, quia eam Ecclesiæ docuerit vt Apostolus.

IX. Gieserus: Vnde ergo in Ecclesiæ Episcopi, si Petrus non fuit Episcopus? Nam si hic non fuit, mulcet minus aliis Apostoli: quis n. primus in Ecclesiæ Episcopus fuit? Quis primus Episcopum creauit? Quasi v. inquam, necesse sit nullum fuisse Episcopum, si Petrus non fuit: si Apostoli reliqui non fuerint. Quid si aliquis similiter dicat nullum esse Diaconum, cum nec Petrus, nec illius Apostolus fuerit? Nam tolerent Ieluitæ? Quid tum aut, si non possimus primum Episcopum nominare: aut ne eū quidem, qui primus Episcopum creauit? An propterea necesse est Petrū fuisse Episcopū? Monstrat hæc sunt, nō argumenta. Quāquāq; interrogant, facile est ex Patrum vnu. Nā præterquam q̄ obseruat p̄imis in singulis Ecclesiis constitutis Episcopos, vt Ignat. ad Antiochenos, Memētoe Euodij beatissimip. flori vestrī cui p̄imū traditus est ab Apostoli apud vos primatus. Etiam Iacobū solent omnium p̄imū Episcopum dicere. Chrysostomus in Matthæum hom. 5. Tam fuit ille mirabilis ut Episcopatum p̄imū acciperet. Epiphanius Collyridianis. Ille Iacobus, p̄imū Cathedram Episcopatus obtinuit: cui p̄imū Dominus in terra sua sedem creditit.

X. Tertium argumentum: à consensu oīum veterum, qui dicunt Petrum Romam fuisse Episcopū. Sed distingua Episcopi significatio. Alias enim late nominatur, pro functione cum autoritate regendæ Ecclesiæ. Quomodo Petrus Christum appellat, Episcopum animarum nostrarum, I. c. 2. Et Apostolatū Episcopatum, Act. 2. Et Epiphanius hæresi 27. Roma fuerunt p̄imi Petrus & Paulus, eidem Apostoli, & Episcopi. Alias v. strictius, pro certa functione Ecclesiastica, infra Apostolos: vt cum dixit Paulus: si quis Episcopatus desideras, I. Tim. 3. Et cum dicitur Roma Episcopus primus Linus, secundus Cletus, tertius Clemens. Hoc posito, dico, primo negari omnes veteres Petrum appellasse Episcopum Romanum: contra potius & vetustissimos, & eius rei maxime idoneos testes, vt pote magis accedentes ad Apostolica tempora, sliter sensisse. Secundo, si qui sic loquuntur sunt, eos Episcopi nomine esse abusus lata significatio.

XI. Quod ut fiat manifestum, distinguo ea, quæ cirantur veterum testimonia. Quādam n. successionem Episcoporum Rom. sic texunt, vt initium faciant a Petro. Irenæi, c. 3. Epiphanii, hæresi 27. August. epi. 6. Optati, li. 2. Dorothei in Synopsi. Quib. addi potest Tertullianus de præscriptiōibus, Euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones recurrentē ut p̄imū ille Episcopus aliquis ex Apostolis, vel Apostolicus virū fuerit. Et infra, Sicut Romanorū Ecclesiæ, Clemētē a Petro ordinatā præfert. Et hic p̄imū ordo. Alia plurima, Ecclesiæ Rom. sedem appellant, & Cathedrā Petri: Cyprianī multa; Athanasi ad solitariā vitam agentes: Sōzomenī lib. 4. c. 14. Hieronymi ad Damasum: Augustī lib. 2. contra literas Petilianī cap. 51. Prudentii. Prosperi. Theodoreti ad Leonem, & aliorum. Tertius ordo eorum esto, qui Petrum Ecclesiæ Rom. sacerdotem, & Episcopum nominarunt. Eusebius in Chronico anni 44. Petrus 25. annū eius vrbis Episcopus perseverat. Optatus lib. 2. Negare non audet scire te, in vrbē Petri p̄imū Cathedram Episcopalem esse collocatam. Ambrosius lib. 3. de Sacram. ca. 1. Petrus Apostolus Sacerdos fuit Ecclesia Romana. Hieronymus de virtutis illustribus dicit cū 25. annos sacerdotalem Cathedram tenuisse. S. Ipolitius lib. 2. Petrus Episcopatum gerente. Isidorus in vita Petri: & recentiores omnes. Ad hæc tria capita, omnia, opinor, referuntur, quæ corradunt, Veterū testimonia.

XII. Ad primi ordinis locos, dico, primos ita facere Roman, Episcopos Petri successores, vt ipsum Petrum Episcopum non faciat: posteriores aut, vel non esse aliter intelligendos, vel non posse priorum autoritatē derogare. Illud ita esse, sic ostendo. Primum, quia qui eius successoris originē altius reputant: non Petrum solum, sed cum eo Paulū nominent: cū tamen nemo vñquam hunc dixerit fuisse Romanū Episcopum. Irenæus, Fundantes igitur & instruentes beati Apostoli, Lino Episcopatum administranda Ecclesiæ tradiderunt. Epiphanius, Episcoporum in Roma successio hanc consequentiā habuit, Petrus & Paulus: Linus Cletus: & sic deinceps. Eusebius lib. 3. c. 2. Post Petri & Pauli martyrium, primus Rom. Ecclesia Episcopatum Linus, sortito capit. Quæcum ita sint, qui volent, Petrum fuisse Episcopum Romanum, quod primus nominetur in ea serie, iidem cogentur admittere. Paulum pro Episcopo eiusdem Ecclesiæ: quod nunquam aduersari concedant. Nam Oecumenicum Pontificē, tam esse vñicū volunt q̄ sole.

XIII. Secundo, neq; Irenæus, neque Eusebius Petrū cōprehendunt in

Epicoporum numero. Irenæus successionem recentet in hunc modum, Petrus & Paulus: Linus, Anacletus, Clemens, Evaristus, Alexander, Sixtus, Theophilus, Hyginus, Pius, Anicetus, Soter, Eleutherius. In ea nomenclatura, si personas numerates, sicut à Petro ad Clementem quatuor, ad Eleutherium tredecim, computatis extremis. Atqui in his Irenæus Epicopos numerat dūntāxata Petro ad Clementem tres: ad Eleutherium duo decim. Sunt n. dilata verba eodem 3. c. lib. 3. Fundantes & instrumentes beati Apostoli Ecclæsam, Lino Episcopatū administranda Ecclesiæ tradiderunt. Succedit ei Anacletus: post ē tertio loco ab Apostoli, Episcopatū sortitur Clemēs. Et paulo post, Hui autē Clemēti succedit Evaristus: & Evaristo Alexāder: ac deinceps sextus ab Apostoli constitutus est Sixtus. Et iterum, Cum autē successisset Aniceto Soter, nunc duodecimo loco Episcopatū ab Apostoli habet Eleutherius. Confident Tertull. Breuiar. Toletan. S. Ildorti in hymno aduersus Marc. quod laudes S. Clemēti cauuntur: apud Baronium anno 69. paragra. 42. Romana sedis terrium Antifitem. Quem Christus sibi conservavit martyriū.

XIV. Nec ab iis discedit Eusebius. Eccl. li. 3. Nam is non tantū c. 2. Linus aut primum post martyrium Petri & Pauli Episcopatū accepisse, sed etiā 4. Linum, cuius Paulus meminit in posteriori ad Timotheum, ut eius qui una esset cum eo Roma, primum post Petrum accepisse Romana Ecclesiæ Episcopatū antea offensum est. Sed & Clemēs qui & ipse tertius Romana Ecclesiæ Episcopatū constitutus est, ab ipso Paulo testimonium habet, fuisse ei socium & comilitorem. Et 16. dilectus, Clemēs Romanam adhuc gubernabat Ecclesiæ, quiterius sedem obtinebat inter eos qui post Paulum & Petrum Roma Episcopatū fuerunt. Linus primus fuerat, Anacletus secundus. Et li. 4. c. 1. Eodē tempore, post quam septimum annum complexisse Evaristus, quinto gradu successionem à Petro & Paulo ducens, Episcopatū suscepit. Et c. 5. Septimus ab Apostoli successit Telephorus. Atque hæc ratione temperille calculum inchoat à Lino. Quomodo & Gregorius Turonensis lib. 1. ca. 27. Tertius post Neronem (inquit) per executionem in Christianos Trajanus mouet, sub quo beatus Clemēs Tertius Romana Ecclesiæ Episcopatū passus est.

XV. Nequid autem sc̄upuli moueat hæc eiusdem loquendi ratio, Primus post Petrum, Tertius post Petrum, quasi sensus sit, absolute quidem Petrum fuisse primum Episcopum Rom. Linum v. primum, nō absolute, sed eorum qui post Petrum, respondere duplicitet hac phrasē Eusebium vti. Nam quoties eum ipsum, à quo seriem incipit, non censer fuisse Episcopum, tum excludit à numero: quoties v. censer fuisse Episcopatū, includit q̄ est quilibet animaduertet, qui non negligēt eius libros leget. lib. 3. ca. 30. Ignatius post Petrum successionem secundus Episcopatū Antiochiae sortito capit. Atquē dixerat ca. 16. Enodius primus Antiochiae fuit Episcopus secundus Ignatius. Rursus lib. 4. ca. 1. Quidam nomine Primus, ab Apostoli successione quartus, ministerium Ecclesiæ illius (Alexandria erat) sortito capit: ut tamen antecessores nominaret, Anianum, Abilum, Cerdonē: imo etiam Anianum dixisset primus Alexandrina Ecclesiæ præfuisse. Denique lib. 5. cap. 2. Serapio octauus ab Apostoli Ecclesiæ Antiochene Episcopus.

XVI. Iam v̄ro tecundi modi hæc exempla notauius. Quum c. 12. li. 3. scripisset. Quarto anno Domitiani Anianus primus Ecclesiæ Alexandriae præfuit, in cuius locum successus est Abilius: postea c. 16. ita loquitur, Abilius decim & tres annos Ecclesiæ Alexandriae præfuisset, Cerdonē dignitatis gradu potitus est. Hic tertius post Anianum primum Episcopum, eam rexit Ecclesiæ, & ceteros & avōes & cōs̄l̄t̄r̄s & aīc̄n̄t̄r̄s & aīc̄n̄t̄r̄s, Numerā: Anianus primus, Abilius secundus, Cerdonē tertius: tertius igitur, non post Anianum, nam secundus esset: sed ab Aniano Rūsus eodem c. 1. Simeon secundus post Servatoris nostri fratrem Iacobum Ecclesiæ Hierosolymitanæ præficitur. Et Lucidius cap. 5. li. 4. Primus erat Iacobus frater Domini appellatus: secundus Simon: tertius Iustus. Et sic deinceps. His exemplis id fit manifestum: Eusebium, quos vere censuit fuisse Episcopos, comprehendit in computando successione gradibus: alios vero minime. Quare, quin in Romanorum Episcopatū serie, nūlo loco Petrum numeret, sit manifestum quid de eo sentiret.

XVII. Tertio Irenæus sic loquitur, Fundantes igitur & instrumentes beati Apostoli Ecclesiæ, Lino Episcopatum administranda Ecclesiæ tradiderunt. Græce apud Eusebium lib. 5. hist. c. 6. Οἱ μελιταῖοι καὶ σιγδουναῖοι οἱ μητροὶ διάσποραι τὴν εὐαγγελίαν. Αἱ γὰρ τὰ ἀπόστολα λέλεπταινται στοιχεῖαν. Quæ verba aut nihil significant, & sunt inepta: aut diltingunt luce clarius Petri & Pauli functionem, ab Episcopatu Lini: ut fundamēta quidem illi iacent Ecclesiæ eius, sicut & ciliarum plurimarum, Episcopatum v. commiserint Lino. Quæ mens illorum est, qui viuo Petro Linum & Cletum volunt Episcopatu functos: è quibus Epiphanium paulo ante citauimus, & expendimus. Ruffini v. in eam rem verba hæc sunt, p̄fatione ad libtos Recognitionum. Linus & Cletus fuerūt quidē ante Clementē Episcopatū in urbe Roma, sed superflue Petro: uidelicet, ut illi Episcopatus curam gererent, ipse v. Apostolatus implerit officium. Sicut inuenitur et apud Cesaream fecisse: ubi quum ipse esset p̄sens, Zacharū tamen à se ordinatum habebat Episcopum. Quæ quidem dicitur: iusta sunt, quam ut obscurari queant villo artificio. Nā alesunt Petrum functionem esse Apostolatu, Linum autem & Clerum Episcopatu. Negant igitur Petrum fuisse Episcopum. Deinde sic Petru additos fuisse Linum & Cletum Roma, vt Zacharū Cæsaræ. Quum igitur fundaret Ecclesiæ Cæsariensem Petrus, Zacharū Episcopatum administranda Ecclesiæ tradidit. Scio non probari hanc sententiam Baronio. Sed quid tum: Nam primo, probatur aliis, Onufrio, Sandero, Feuardentio. Deinde nostra nihil interest. Nam Irenæus facile intelligi potest de successione: vt quandiu Petrus Roma fuit, eam Ecclesiæ fundarit, & administrat tanquam Apostolus: tum proximus morti Linum reliquerit Episcopum. Imo vero non debet aliter intelligi. Nam si & fundatæ & administratæ Ecclesiæ partes intelligentur de Episcopatu, cum Paulum etiam oportet fuisse Episcopum, & quidem vna cum Petro: quod nunquam aduersari concedit.

XVIII. Quarro, neque quidem Tertullianus Petrum facit Episcopum Romanum: locum noluit integrum Bellarminus recitat: ego des. ribam, è libri de Præscriptionibus c. 32. auxiliis Pamelii distinctionem: Euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio recurrentem, ut p̄imū ille Episcopus, aliquem ex Apostolis, vel Apostolicus virū, qui tamen cum Apostoli persecuta fuerit, habuerit autem & antecessorem. Hoc n. modo Ecclesiæ Apostolica census suos deferunt. Sic Smyrnæorū Ecclesiæ habens Polycarpum,

ab Ioanne

ab Ioanne colloquatum refers: sicut (lego sic &) Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit. Attende verba: quod aut non faciunt, aut negligenter faciunt aduersarij. Tertullianus igitur non facit (inquam) Petrum Episcopum Romanum, sed tantum primi Episcopi aurotem & antecessorem. Quarebat enim ab hereticis eiusmodi successionis enumerationem, que primum Episcopum ostenderet aliquid, cui auctor & antecessor esset aut Apostolus, aut vir Apostolicus. Id fieri ab Ecclesiis Apostolicis confidenter iactat: & illustrat exemplo Smyrnæorum, quorum primus Episcopus erat Polycarpus: cuius auctor & antecessor Ioannes: non ipse tamen eius urbis Episcopus. Quare aut imperite Tertullianus interrogavit, aut impete respondit: aut necesse est dicamus, cum numerasle Clementem in ordine Romanorum Episcoporum primum: non vero Petrum, quæ potius auctorem sciebat & antecessorem primi Episcopi. Id: m in carminib. contra Marcionem lib. 3. Clementi præpositus Linum, & Cletum: sed tamen Petrum extra Episcoporum ordinem constituit.

Hac cathedra, Petrus qua sedeat ipse, locatum  
Maxima Roma Linum, primum considerare in sit.

Post quem Cletus & ipse gregem suscepit ouibus.

Huius Anacletus successor sorte locatus:

Quem sequitur Clemens: is Apologeticus bene notus.

Euaristus ab hoc rexit seu criminis legem.

Sexius Alexander Sixtus commendat ouile.

Et nominato post Sextum Telephoro:

Iamque loco nono Cathedram suscepit Higinus.

Atqui, si primus Petrus est, tum vel digitu indicabunt,

Alexandrum esse Septimum, Higinum decimum.

Quanquam, quid hoc opus est, quum diserte Linum audiamus primum?

XIX. Gretserus hoc quicquid est exactioris inquisitiois, in quo loquètiā appellat. Facile. Sed de ipsa quid habet solidius. Ista, inquit, formula denotatur ordo & numerus primo institutori succendentium: ad quem ordinem & numerum primus institutor non pertinet, cum ipse nemini succedat: licet pertineat ad numerum & ordinem Episcoporum. Itaque non absolute: sed post Petrum. Quomodo Gretserus diceret, Augustum fuisse primum à Iulio, Tiberium secundum. Id autem me in Eusebio observauisse, quod factum velim.

XX. Intelligo, inquam, denotari ordinem succendentium. Quis enim negat, tam per spiculū locis? Sed primum esse in ordine Episcoporum, hoc vero non debuit Gretserus, tanquam Prætor edicere: sed tanquam disputerator confirmare. Nam posse Gretserum & de Iulio, & de Augusto, & de Tiberio loqui ex animi sui sensu non am inficias. Sed cœueat ille, ne viros non Iesuitas, viros, inquam, bonos, suo metiatur modulo. Sed de Eusebio quid gruor? An me vellet ipsum mihi oculos eruere, ut in gratia sui Tarcipii, non viderem solem meridie lucentem? Absit hoc a me: nec me sicut unquam Deus esse Iesuitam. Qnod si falso quicquam notaui: cur non explauit, quos ego locos non citauit tantum: sed etiam recitaui? Dieat mihi vero aliquis pro Gretsero Iesuita, cur dicat Eusebius Cerdonem tertium post Abilium rexisse Ecclesiam Anianum, cum series hæc esset, Anianus, Abilus, Cerdus. Et tamen dixerit, Septimum ab Apostolo successit Telephorus, cum ordo esset Petrus Linus, Anacletus, Clemens, Euaristus, Alexander, Sixtus, Telephorus. Hoc dum nemo faciat, frustra occident: frustra dabunt verba.

XXI. Ad Epiphanius Augustinumq; facilis responsio, quorum utriusque propositum, successionem Episcoporum Romanorum à Petro arcesse, non ut Petrum docerent fuisse Episcopum: sed tantum ut ostenderent id ipsum quod volebat Tertullianus, primum Episcopum Romanum habuisse aliquem apostolum auctorem & antecessorem. Nec Dorothæ Synopsis difficultior. Nam, Linus post Coryphaum Petru Roma Episcopus fuit: id vero vere dici potuit, etiam si Petrus nunquam fuerit Episcopus.

XXII. Atq; ita expeditum est primum genus testium. Venio ad alterum, quo continentur eorum Patri: in loci, qui Ecclesiam Romanam, sedem appellant & Cathedram Petri. Atqui, inquam, id non est Petrum assertum Episcopum Romanum: sed duntaxat Romanam Ecclesiam fundasse, ut loquitur Irenæus: hoc est, in ea docuisse primum. Sic enim usus erat appellande Cathedræ: quod pat. text Tertulliano, c. 36. de Prescriptionib. Age iam qui voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tue, percurre Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsa adhuc Cathedra Apostolorum suis locis praesidentur: apud quas ipsa authenticæ literæ eorum recitantur, sonantes vocem, & representantes faciem uniuscuiusque. Proxime est tibi Achaea? Habes Corinthum. Si non longe a Macedona, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si poteris in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italie adiaces, habes Romanum. En tibi, autore Tertulliano, Cathedras Apostolicas, Corinthum, Philippos, Thessaloniam, quatum tamen urbium nullus Apostolus fuit Episcopus: sed eas solum Paulus fundauit & docuit. Ee autem cathedræ adhuc (inquit) suis locis praesidentur, hoc est, perpetuam habent successionem ab Apostolis recurrentem. Quare quemadmodum non sequitur, Paulus Cathedram habuit Corinthi, Philippis, Thessalonicæ, ergo earum fuit urbium Episcopus: sic non est necesse propterea Petrum dici Episcopum Romanum, quia ei sedem in ea urbe antiqui constituunt. Ideo magis patet, quod Theodoreus ad Leonem, in ea ipsa sede non solum collocat Petrum, sed & Paulum cum eo, li (inquit) vestram sedem efficere magis illastrerem. Quanquam ea verba non significant necessario eam sedem fuisse Petri aut Pauli.

XXIII. Sequitur tertium genus. Et primum de Eusebio, respondeo, ut alias, locum illum ex Chronico anni quadragesimi quarti, fuisse interpolatum, partim ab Hieronymo, partim a posteris. Nam Eusebius non dicit, Petrum eius urbis Episcopum persecutus, sed tantum, eis Paulus in epistola ad Corinthus, Romæ proficiuntur prædicans Euangelium. Enimvero, quis credat dissensisse Eusebium Chronologiam scribentes, a seipso historiæ componentes? Quinetiam in ipsa Chronologia, Petrus nunquam computatur in Episcopis. Linus enim dicitur primus. Verba sunt anno Christi sexagesimo nono. Tns Papachor. Ennæas p. 11. Petron. c. 11. t. 11. in epistola ad Corinthus, Post Petrum primus Romanam Ecclesiam tenuit Linus. Eo de sensu, quo in historia, Nā similiter, p. 11. in epistola ad Corinthus, A. 11. Secundus.

\* Apôstolos q. Euagel. l. Mægk, Antæus zéver, Post Marti Euangeliæ principia Alexandrina Ecclesia ordinatur Episcopus Anianus. Et postea anno 81. Papas in epistola ad Corinthus, Anacletus secundus Romana Ecclesia constituitur Episcopus. Quomodo dicitur? A. 11. in epistola ad Corinthus, Secundus Alexandrina Ecclesia constituitur Episcopus Abilus. Et anno nonagesimo tertio, Tertius Papas in epistola ad Corinthus, Tertius Romana Ecclesia Episcopus profuit Clemens. Similiter, Tis A. 11. in epistola ad Corinthus, Cerdus, Alexandrina Ecclesia tertius Episcopus profuit Cerdus. Anno centesimo Papas in epistola ad Corinthus, Euanthes in epistola ad Corinthus, Romana Ecclesia Episcopatum quartus suscepit Euaristus. Et sic deinceps.

XXIV. Sic igitur de Eusebio: Reliquos dico esse recentiores: proinde Irenæum, Tertullianum, Eusebium, testes esse locupletiores, vi potest anti- quiores. Ut tamen eorum verba pie excusemus, possit sumi Episcopi laicardotisque nomen καρχεντης (vt ante dictum) lata significatio, pro eo, qui in Ecclesia facit, quæ faciunt ii qui proprie Episcopi & sacerdotes solent appellari: quemadmodum se Petrus καρχεντης vocat aliorum επιβεβαιον: et si ne esset quidem επιβεβαιον, quo sensu ii erant, quos alloquebatur: sed Apostolus, qui gradus erat presbytero superior. Sic igitur potuit dici Petrus Episcopus Romanus: Petrus Corinthius Thessalonicensis, Philippensis: nempe, quatenus eas Ecclesias administravunt, cum docendo, tum iustiudo presbyteros, & Diaconos: Sacra menta ad ministrando, excommunicando, absoluendo: & si qua sunt alia. Nec sequitur tamen fuisse Episcopos, proprie sumpto vocabulo.

XXV. Nihil igitur Papistæ afferunt, quo probent necesse esse Petrum appellari Episcopum Romanum. Sed nos contra profiterimus, non tantum Apostolatus gradum, unde non est verisimile descendisse, ad unius viribus Episcopatum multo inferiorem. Sed etiam pacta conuentu, datique dexteris firmata, inter Petrum & Paulum, etiam post id tempus, quum dicitur profectus Romanus: ut hic quidem inter gentes, ille vero inter Iudeos prædicaret Euangelium: quemadmodum constat ex 2. cap. ad Galatas. Nam, quod hæc pæcta sic explicat Bellarminus cap. 7. libi 2. de Pontifice, eiusmodi fuisse, ut Petrus prædicaret quidem omnibus, sed principaliter Iudeis: Paulus vero etiam omnibus, sed principaliter Gentibus: εδινετος, επιστολas. Nam si Petrus fecit Episcopum Romanum, tum hæc ipsa pacta violata sunt. Quia Episcopi Romani partes exæ sunt, ut gentibus principaliter prædicet. Constatbat enim Ecclesia Romana præcipue ex Gentibus: Iudeis autem aut nullis, aut admodum paucis. Quis credit autem à viro sanctissimo sic violatas dextras?

## CAP. V.

An Petri successor sit Episcopus Romanus.

I. Constat ergo, nec Petro succidi debuisse: nec Petrum fuisse Episcopum Romanum. Unde legitima, ideoque necessaria conclusio, Romanum Episcopum non esse Petri successorem ratione munera: Sed tantum ratione temporis: qua ratione omnes Episcopi omnium sunt Apostolorum successores. Contra tamen Bellarminus vñico pugnat argumento c. 12. lib. 2. de Pontifice. Nullus est (inquit) nec fuit vñquam, quise Petri successorem vñ modo affirmauerit, vel pro tali sit habitus prædictus Romanum & Antiochenum Episcopum. At Antiochenus non succedit Petro in Pontificatu Ecclesiarum totius. Ergo solus Romanus. Probatur affinitatem. Quia non succeditur nisi cedenti locum, vel per mortem naturali, vel per mortem legitimam, id est, depositionem, vel renunciationem. Petrus autem adhuc viuens, & Pontificatum gerens, Antiochenam Ecclesiam reliquit, & Romæ suam sedem fixit. Et hic multis subiicit observationes, quas longum valere iubemus, quia ad rem hanc nostram sunt inutiles.

II. Respondeo, primum ex iis quæ iam disputata sunt hæc tenus, demonstratum esse, neque Antiochenum, neque Romanum successisse Petru, nisi successione temporis: non autem officii. Itaque Eusebius in Chronico ad annum quadragesimum quartum, της Αντιοχειας επιβεβαιον επιστολa in epistola ad Corinthus, Primus Antiochiae Episcopus ordinatur Eudius. Qui tamen secundus dici debuit, si in eadem dignitate Petro successisset. Quare, quæcumque hic à Bellarmino disputantur, ut Romanus prædictor Antiocheno, nihil probant.

III. Secundo, nego bonum esse consequentiam, Romanus præfuerit Antiocheno, Ergo ille successit Petro in Oecumenico Pontificatu, non hic. Eueritur enim ex iis quæ iam probata sunt, nempe, nec vñlum fuisse à Christo institutum Oecumenicum Pontificem: nec Petrum fuisse Episcopum Romanum.

IV. Tertio, si ambo, Romanus, & Antiochenus fuerunt successores Petri, rationem quæro, quare Romanus fuit successor in Oecumenico Pontificatu, potius quam Antiochenus. Nam illud de morte naturali, & legitima est infirmum. Quia consequentia non valet. Petrus Romanus mortuus est: ergo ei Episcopus Romanus in tota ipsius dignitate, & potestate successit. Quid enim? An quia Iacobus Hierosolymis mortuus, ideo in tota eius dignitate, & potestate successor Simeon? Minime vero: sed tantum in Episcopatu Hierosolymitano. Imo ne ipse quidem Romanus Petrus, in Apostolatu. Ratio: quia quæ dignitas est personalis, ea neque morte naturali, neque morte legitima, transit ad successores. Itaque cum Antiochenus, tum Romanus, aut non sunt successores Petri, aut sunt. Alioquin ratione, quam potestate in vñiuersum Ecclesiam: nempe in potestate administrandi sua quisque Ecclesie.

V. Sed instat. Si Antiochenus Episcopus Petro successisset in summo Pontificatu, fuisse primus Episcoporum. At non fuit: ergo non successit. Respondeo concedi vñiuersum syllogismum. Eo enim probatur Antiochenum non fuisse Episcopum Oecumenicum. Sed quid ad rem? Nam id nos prolixe concedimus. Sed non probatur Romanum potius fuisse quod est in questione. Neque æquum est, ut quod Antiocheno negatur, statim Romano concedatur.

LIBER DECIMVSTERTIVS, CAP. VI.

## C A P. VI.

De Controversiis iudicandis.

**H**aecenus primum argumentum fuit à successione. Nunc secundum, à decisione controversiarum. Si sedes Romana solita fuit cōsul in omnib. questionibus, & controversiis ad fidem, & religionem pertinenteribus, eiusque sententia, & arbitrio commissa fuit, omnium difficultatum, & antiquitatem definitio: Ergo ea autoritatem habuit summam in omnes Ecclesiās. Sic Hard. ngūs contra Iuclum art. 4. sect. 29. Antecedens probant Polnauenses theſi 146. & 147. Polycarpus Romanum venit, ut cum Anigeto in congressum, colloquiumque de Paschē celebrationē veniret. Ireneus ob quasdam Ecclesiās quæſt. ones Legatus Romam missus est à martyribus Lugdunensibus. Dionyſius Alexandriæ Episcopus à Xysto consilium quætit, veritus ne in errorem laberetur. Patres Concilij Cæthaginensis Romanum Pontificem orant, ut statutis suis de Cœlestio, Apostolicæ sedis adhibeatur autoritas. Augustinus lib: os suos Bonifacij subiecit examini: & gloriatur se, sensum & fidem suam contra Pelagianos, ex Apostolicæ sedis autoritate defendere. Hieronymus petit à Damasco, ut sibi, siue dicendarum, siue tacendarum hypostaseon detur autoritas. Terraconenses Episcopi ad fidem Apostolicam recurrent, Celestius Papa, Cyrillum Alexandrinum, Ioannem Antiochenum, Rusum Thessalonicensem edocuit, vnius ciuitatis Episcopum, ad alias transferri posse.

II. Respondeo, in antecedente contineri tria capita: unum, consolutum esse Romanum Episcopum in omnibus, & vndeque alterum, solum fuisse consolutum: tertium, eius arbitrio commissam esse definitionem omnium difficultum, id est, non licuisse discedere ab eius definitione. Haec ego tria capita, prout unum est falsa: ac proinde totum antecedens: ut coniequens non possit esse verum. Secundum singula.

III. Non fuisse consultum vndeque, & in omnibus questionibus, doceo variis exemplis. Primo, Ioannes Apostolus, ut damaaret Nicolaitas, & Cerinthum, nunquam legitur exspectasse nullius Episcopi Romani sententiam. Cyprianus, cum agitaretur questione de iteratione baptismi ab hereticis collati, sedem Romanam non consuluit: sed tum ipse plurima disputauit: tum Concilium Africanum conuocauit: & questionem definitiuit. Idem negotium illud de pace a martyribus data, sua & cleri sui autoritate desinuit: nec ab Episcopo Romano decisionem vnam postulauit, et si ad eum ipsa illa de resu[m]ebis, tunc scripsierit. Quum Alexander Arius primum heresio sua virus effunderet, & confutatus est & damnatus ab Alexandro, tum Episcopo, nunquam, quod constet, admunito Episcopo Romano, aut exspectato ius consilio. Ipsi Africani in Concilio Catthaginensi Pelagium fecure damnarunt: nec a Julio postularunt, quid factu opus esset: tantum latæ damnacionis sententia petiuerunt, ut consentirent.

V. Iam nou fuisse statum arbitrio Romani Pontificis respondentis, non minus constat. Certe Polycarpus, quem Hieronymus totius Asiae principem appellat, cum Romanum esset prosector, disputauit cum Aniceto de Paphate, nec magis ab Aniceto persuaderi se passus est, quam se ab eo Anicetus. οὐδὲ Ἀνίκης τὸ Πολυκαρπὸν πείσας ἐδιώκει μὴ τοῖς, αὐτὸς μέντοι οὐδεὶς θεοφάνειαν οὐδὲν, οὐδὲ λογισθεῖσαν οὐδεὶς οὐδείτερον, δὲ τεμνόμενος, επειδὴ δὲ Πολυκαρπὸς τὸ Ανίκηντος, τοῖς, λίγοντες τὸν οὐνόμαιον τὸν αὐτὸν στούπαρα δοθείσαν κατέτινε, Νέκειος Ανίκητος, Polycarpo persuadero posuit ne obseruaret (videlicet quattuor decimam diem Luna) ut ipote qui semper sic obseruauerat olim una cum Ioanne discipulo Domini nostri, εἰς reliquias Apostolorum, quibuscum familiariter erat versatus. Neque tamen Polycarpus Anicetum persuasit, ut obseruaret, dicenti conseruandam esse consuetudinem Presbyterorum, qui ante se fuerant. Et durauit eiusmodi dissensio aliquot secundis, etiam in Vito oratore armatus eorum Orientē excommunicare tentaret. Tandem lopta, non ab Episcopo Romano, sed a Concilio Niceno, & Imperatore Constantino. Sed & Cyprianū, et si nō sequuntur sunt Patres in iteratione baptisimi, tamē valde laudant à modestia, & cōseruata ueritate Ecclēsias: Nihilominus haud dubitauit opponere se definitioni Stephanī Romani: atq; eius sententiam acri seruo refutare, quod scriptum Pamelius

optare se dicit nunquam editum, in argumento Epistolæ sexagesima  
quintæ. Quin etiam in assignanda dignitate Constantinopolitani Epi-  
scopi non tantum Constantinopolitanum Concilium, sed etiam postea  
Chalcedonense, non admisit intercessionem legatorum Romani Episco-  
pi, etiam si se meminisset conuocatum eius maxime labore, & precibus re-  
iusque in Dioscorum latram sententiam amplectetur, & confirmaret.

VI. Hæc perspicua sunt. Ad exempla in contrariam partem respondere, primo, non esse probationem vniuersalem. Non. n. docetur ab omnibus cōsultum fuisse Episcopum Romanū: sed saltem ab illis, qui sic nominantur, id est, à quibusdam. Non sequitur vero, si à quibusdam sit consulus, etiam ab omnibus fuisse. Secundo, non probatur ab omnibus consulibus delatum esse sumnum, atque ultimum iudicium, à quo non licuerit discedere. At hoc si non euineant, aetem verberant. Iam vero Polycarpi exemplum contra est: et si enim demus consuluisse: et si ea disceptatio potius fuit, quam consultatio: sed si demus tamen consuluisse, exitus ipse docet, id factum salua liberrate: non enim assensit, vt ante diximus. Additum exemplum ex Hispania. Cōsuluerant enim Episcopum Romanum Hispani, in negotio Basiliidis Episcopi: & rescripsiterat, vt admitteretur. At Cyprianus contra autor est, ne recipiatur, quantumuis ita senti: et Episcopus Romanus.

## C A P VII.

*Vtrum licuerit vndeique appellare ad Romanum  
Episcopum.*

I. Tertium argumentum erit ab appellationibus. Is ad quem ab omnibus  
vnde legiūme appellatur, & à quo non licet appellare, est Occi-  
menicus Pontifex. At Episcopus Romanus est huiusmodi. Ergo est Occi-  
menicus Pontifex Bellarminus, capite vigesimo primo libri secundi. At  
Catholici negant assumptum. Illi probant, docentes primo licuisse ap-  
pellare: deinde fuisse appellatum. Itaque gemina sit quaestio. Priorem hic  
excutiamus.

II. Probat ergo licuisse appellare. Primo, auctoritate Nicæni Concilii, cuius hic sit Canon, *Vt omnes Episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, libere Apostolicam appellent sedem, atq[ue] ad eam quasi ad matrem configiant*, ut ab ea (*sicut semper fuit*) p[ro]fessi suffulciantur, defendantur, & liberentur. Cuius dispositions, o[ste]rmaiores Ecclesiasticas causas, & Episcoporum iudicia, antiqua Apostolorum, eorumq[ue] successorum, atq[ue] Canonum auctoritas reseruauit. Hunc Canonem recitat Hardinus contra iuellum art. 4. §. 6. Et Canus locorum Theologicorum libr. 6. cap. 4. & 6.

III. Secundo, ex auctoritate Concilii Chalcedonensis: quitta estatio-

III. Secundo, ex autoritate Concilii Chalcedonensis: cuius canone laudat Canus, c. 6. lib. 6. Locorum Theologicorum, *Si quis Episcopus prædicatur infamis, liberam habeat sententiam appellandi ad beatissimum Episcopum antiquae Roma: quia habemus Petrum, petram refugij, & ipsi soli liberam potestatelo Dei fit ius decernendi, secundum claves à Domino sibi datus: & omnia ab eo definita teneantur, tanquam à viceario Apostolici throni.* Ex Thomae opusculo contra errores Græcorū. At Turrianus c. 4. li. 3. pro Epistolis Decretalib. eiusdem Concilii nonū Canonē profert, *Si clericus aduersus suum, vel aliam Episcopum habeat causam, apud audiencem Synodi prouincia conqueratur. Si vero contra ipsum prouincia Metropolitanum Episcopum Episcopus, seu clericus habeat controversiam, pergaat ad dicatus eos Primatē, vel ad Constantiopolitana regia ciuitatis sedem, ut eorū ibi negotium terminetur.*

IV. Tertio, ex autoritate Concilii Sardicensis, cuius Canonem quartum & septimum Bellarminus describit, Quum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, Et proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma, alter Episcopus in eius cathedra, post appellationem eius qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Episcopi Romani determinata. Is quartus Canō est, lā septimus, Placuit, ut si Episcopus accusatus fuerit, Et iudicauerint Episcopiregionis ipsius, Et de gradu suo eum deicerint, si appellauerit, qui deiectus est, ut confugerit ad Episcopum Romanam Ecclesiam. Et voluerit se audiri, si iussum putauerit, ut renuetur iudicium, scribere his Episcopis dignetur, qui in infinita, Et propinquā prouincia sunt, ut ipsi diligenter omnino requirant, Et iuxta fidem veritatis definiti. Quod si qui rogat causam suam iterum audi, depreciation sua mouerit Episcopū Romanum, ut ē latore suo presbyterū mittatur erit in potestate Episcopi quid velit, Et quid estimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui presentes cum Episcopia indiscere, habentes eius autoritatem, à quo destinatis sunt, erit ita suo arbitrio. Si vero credididerit Episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilix suo iudicauerit.

V. Quarto ex Gelasi Epist. ad Faustum, Ipsi sunt **Canones**, qui appellatio-  
nes totius Ecclesiae ad huius iudei examen volueruntur deferriri; ab ipsa vero non quan-  
tum propter ecclesiam debere sanxerunt. Et ad Episcopos Dardanizæ, Ad illam de-  
quilibet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo est ap-  
pellare permisus.

VI. His illi pugnant: ego respondebo ὑπὲρ τοῦτον, ἀμερικόν. Gelasius autoritas newinum mouere debet. Erat is Episc. Rom. Ethoc genus hominum cœperat nimia ambitione laborare: Ecclesiisque negotium facere. Nam ante Gelasium annis plus minus 80. vixerat Zozimus ille, qui malis artibus hoc ipsum appellationis priuilegium ab Afris extorquere conatus est. Et quidem iactans Nicæni Concil. Canones: in quo falso deprehensus est. Quid mirum, si eius successor, nihilo doctior, aut sanctior, Canones etiam, ipse inflato ore creper? Quanquam Zozimus postulabat, taustum ut ad se appellare liceret. Hic vero addit mantissam, ne a se cuiquam licet appellare: quod in veteribus Canon. nusquam reperitur. Atque adeo aduersarii ipsi, cum omnem mouent lapidem, tum non nihil proferunt de appellationibus permisis ad sedem Romanam: sed prorsus nihil, nisi hibisci appellationibus ad infra.

VII. In Sardicensi Concilio, dispergo, primum de eius autoritate, tum de iis Canonibus. Ergo id Cœciliā nego fuisse Occumenicū, seu universalē. Fuit, n. particulare Episcoporum Occidentis. Itaque ut maxime hoc

tantum euinceret (si quid euinceat) appellari ad Romanum, ab Occidentibus Ecclesias. Non vero ab Orientibus. Fuisse particulae docet Sozomenus lib. 3. c. 10. scribens Episcopos Occidentis, & Episcopos Orientis, non potuisse in unum conuenire: itaque utroque seorsim sua decreta edidisse. Itaque non solet in generalibus concilii computari: quorum primum Nicenum, secundum Constantinopolitanum: & deinceps. Hoc autem Sardicense, si esset vniuersale, secundum locum obtineat: et ut pote celebratum annis post Constantini mortem.

VIII. Et tamen Bellarminus contra disputat fuisse generale: quia Sulpitius lib. 2. sacrae historiae, ex toto orbe conuocatum scribat: & Socrates lib. 2. c. 16 generale apparet. At ego propterea, nego fuisse vniuersale. Reuebra enim Constantius Constantini filius Imperator, coauerat Concilium vniuersale, vt testantur Socrates, Theo. Ioreti, Sozomenus: verum euentus non respondit. Edicitur, inquit Socrates, Concilium generale, ut omnes Sardicam comueent. Tu paulo post, Episcopi circiter trecenti, qui versus Occidente habitabant, ut ait Athanasius, eo conuenient. Ex Episcopis aut qui Orientem incolebant (ut Sabinus narrat) soli 76 Sardicā aduentant. Et ramen ne hi quidē interfuerunt Concilio Postquam n. Sardica conuenierant Episcopi Orientis, in consuetum Episcoporum Occidentem incolentium venire veluerunt, dixeruntq; se non alia conditione cum illis in colloquio venturos, nisi Athanasius, & Paulū ē conuentu expellerent. Verū ubi Protagoras Sardicensis Episcopus, & Osius Episcopus Corduba minime ferebant, ut Paulus. & Athanasius absent, Episcopi Orientales confestim discedunt: cumq; ventus esset ad urbem Philippi, que ē in Thracia, priuatum inter ipsos Conciliū constituere. Hac Socrates: unde constat, in eo Concilio solos Occidentales remansisse, qui Occumeni, cum Concilium non poterant efficere.

IX. Fuisse autem semper in Ecclesia receptum id Concilium, non vere dicitur à Bellarmino, si intelligat, singula eius decretata fuisse ubiq; terrarum obseruata. Nam hi Canones de quibus nunc agimus, nō tantū in Oriente non fuerunt in usu: sed ne quidem in toto Occidente. Nam ab Africanis explosi sunt, cum eis obtulerentur sicut i nomine Concilii Nicenii. Fuisse Orthodoxum aduersus Arianos, non imus inficias: si in hypothesis nomine discedat à Grac's omnib; cum eam definit esse vnicam Patris, & Fili, & Spiritus Sancti. Et si te dicat neminem esse, qui neget aliquando Patrem Filio m. iorē: nempe ipso Partis nomine. Sed, ut dixi, fatetur fuisse Orthodoxū: atid non sufficit, ut pellatur Occumenicum: aut ut probandi sint hi Canones. Nam Chalcedonense, si agnoscat Papista fuisse Orthodoxum, qui tamen admitteret: n. queunt eius Canones de equalitate Romani, & Constantinopolitani.

X. Itaque Balsamon ad hanc Synodum, Quae de Papa definita sunt, assumenta sunt etiam ad Patriarcham Constantinopolitanum: quod si similiter, ac Papa à diversis Canonibus sit honoratus. Sed & Zonaras, quem habeo manuscripum, ἐποιεῖται τοῦ μητροπολίτου Κωνσταντίου οὐσίας, Εἰ οὐ τούτῳ κατέχεται τὸς νομός, οὐ τῷ μητροπολίτῳ οὐσίᾳ. Hic Canon manifeste de solis Occidentalib; pronunciatus est. Quia Hosius, quique cum eo Canones condebant, ex istis erant partibus. Etenim in Oriente nullo modo hoc usque ea consuetudo valuit.

XI. Atque hoc de autoritate eius Concilii. Iam de Canonibus istis, primo, dico esse contraria Synodo Nicenae: cuius Canone s. definitur, ut huiusmodi cause terminentur in Concilio provinciali, οὐ τούτῳ οὐδε γενικώς τούτῳ οὐδε γενικώς τούτῳ οὐδε γενικώς τούτῳ οὐδε γενικώς. Sie quos in confessu fuerit Episcopum offendisse, merito apud omnes excommunicati censentur. Imo postea etiam antiquati sunt in Chalcedonensi Concilio, cum æquatus est Romano Constantinopolitanus.

XII. Secundo, hoc ius nego esse merare appellationis, aut summae in iis iudiciis, potestatis, aut tam late patere, quam postea produxit Episc. Rom. Nolebant enim Patres Sardenses, Episc. Rom. ad se causam trahere sive ipsum de eis iudicari: sed tria tantum permittebant: primū ut deliberaret utrum renouandum esset iudicium: deinde videret, num a suo latere mitteret, qui interfarent renouata cognitioni: tercio, ut si videretur, dare etiam iudices, qui tamen essent proxima prouincia. Sunt enim dicta verba: οὐ τούτῳ οὐδε γενικώς τούτῳ οὐδε γενικώς. Per vicinos prouincias Episcopos. Si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouatur. Et rursus scribere dignetur, τὸν τούτον γενικόν τούτῳ οὐδε γενικώς, ut ipsi diligenter requirant item si decreuerit mitterendos esse, qui praetentes cum Episcopis iudicent, erit in suo arbitrio. Ex his constat non euocatam fuisse litem Romanam usque: non esse item eius litis iudicium delatum Episcopo Romano: sed tantum permisum, ut ex eius sententia iudicium renouaretur. Quod autem est in Can. 4. Latino, Si proclamauerit agendum sibi negotium in urbe Roma suppositum est, nec habetur in Graeco textu, cuius haec sunt verba, οὐ φάσει τούτῳ οὐδε γενικώς τούτῳ οὐδε γενικώς. Et dixerit sibi rursus defensionis negotium concedendum. Porro hoc quicquid est iudicium concilium Antiochenum postea detulit Metropolitanum, cum prouinciales Episcopi dissiderent, Canone 14. Sed obseruandum hoc ipsum iis Canonibus ita tribui Rom. Episcopo, ut indicitur non ante obseruatum fuisse: nec sui iure, id eum exigere potuisse: sed ita placere Petri memoriam honorari. Sic epim Hosius proponit, εἶ δοκεῖ μή τῇ ἡγεμόνῃ Πίνγει τὸν μηδὲ μηνιστὴν. Si videtur vobis, charitate Petri memoriam honoremus.

XIII. Sequitur Concilium Chalcedonense, in quo Canonem illum Cani à Thoma repetitum, nego inueniri: ideoque esse suppositum. Non meo tua habet falsitatis manifesta argumenta. Primo, quid illud est, Vicarius Apostoli i throni, aut quis inquam sic loquutus est? Et Petro soli liberam esse datam potestatem cognoscendi, phrasis est ius solens, non que illius seu. Secundo, quis credat ita decreuisse eos Patres, qui Constantinopolitanum Romano æquarunt, etiam in iuris Legatis Leonis? Tantumque secundum esse iussent, ceterum in negotiis Ecclesiasticis æque μηδελυτος? Tertio, Can. 9. contrarium statutur, Si cum ipius prouincia Metropolitano Episcopus, vel Clericus, controuersiam habeat, diocesis exarchum aeat, vel Imperatoria urbis Constantinopolis thronum, & apud eum liget.

XIV. Sed enim, vide, quid sit Papistam nasci: imo Jesuitam fieri! Hanc ipsum nonum Canonem Turrianus citat, ad has ipsas appellationes ad Rom. Episcopum probandas. Scilicet, iungentur iam gryphes equis: zuo-

que sequenti; Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Sed audi mirum artifium Is Canon inquit, Diocesis exarchum aeat, vel Imperatoria urbis Constantinopolis thronum. En tibi purum putum Episcopū Romanum. Nisi forte nos suscepimus vel itatis patrocinium tardiores efficiuntur, sed sicut videtur, quod nusquam est. Sed acute tamen r. d. dox. et. quod. Provincia primatem, sic intellegi vult diuinum illud Iesu: arum iogeniu. Plaudite: hoc enim superest vnum. Verum enim uero nimis quam impotenter abutuntur nostra patientia, qui r. d. dox. et. quod. volunt significare primatem omnium Diocesum: cum necessario in eligendus sit is, qui in ea diocesi, ubi degunt Episcopi contendentes, autoritatem habet. Cuiusmodi primates solebant oīm esse: vt in Africa, cum multis essent Metropolitæ, tamen Carthaginensis erat primas.

XV. Sed audiamus acumen, quo efficere se posse confidit, ut Romanus sic intelligendus: nec Patres ambigunt, aut obscurè loqui. Si nominatim de Episcopo sive Clerico Constantinopolitanæ diocesos, non posse esse Patriarcham Alexandrinum, neque Antiochenum: quia Diocesis Constantinopolitanæ non est eis subiecta. Reliqui ergo, ut necessario intelligatur alius princeps diocesos, cui subiectus sit Metropolitanus prouincia Constantinopolitanæ diocesos: ut idem quoque subiectus est Patriarchæ Constantinopolitano. Is autem alius esse nequit, quam princeps diocesis vniuersalis, qui est Episcopus Romanus. Atqui contra, primo concuso perit principium: cum & vnum nominat primatem diocesos vniuersalis: & nominatim Romanum. Secundo, eadem consequentia valet contra Romanum, quæ contra Alexandrinum, & Antiochenum. Diocesis enim Constantinopolitana, non magis subiectebatur Romano, quam illis: immo vero idem concilium decernit Constantinopolitanum non secus, ac Romanā sedem, in Eccl. lehasticis negotiis extollit, ac magnificat. Tertio, quis indicauit Turiano eum Canonem nominatim de Clerico Constantinopolitanæ diocesos cauere? Nam verba sunt in definita, si quis Clericus, si quis Episcopus. Itaque videtur sensus esse, concedi hoc privilegium Constantinopolitano, ut iudicet (si appellatus sit) etiam de Clericis, & Episcopis, qui non pertinent ad suam diocesin: & in quos ei significatio alias nulla erat.

### C A P . VIII.

De Canonibus Nicenis.

I. R<sup>E</sup>stat longe maior controuersia de Concilio Niceno, ad quod n<sup>E</sup>gamus pertinere citatu Canonem: & probamus tribus argumentis. Primo, Quia Nicena Synodi editi sunt Canones 20. nec plures: inter quos hic de Appellationib; non habetur. Secundo, quia si non esset subpositius, nunquam coactus fuisset Zozimus Episcopus Romanus alios citare Canones è concilio Sardicensi, sub nomine tamen Nicenii, unde falsi conuidus est, & explosus. Tertio, quia pugnat hic Canon cum s. & 6. qui agnoscuntur pro genuinis. Nam quintus appellations permittit ab Episcopo, non ad Episcopum, sed ad Concilium, quod eam ob causam iubet bis quotannis celebrari. Sextus autem sursum: divisione Ecclesiasticam partitur inter Patriarchas, Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum: atque hos posteriores exequuntur Romano. Qua de re disputabitur in proximo libro.

II. Sed aduersarii contra disputant: & primo, Canonem illum formuleunt auctoritate, tum Athanasii, & Episcoporum Ægypti, tum Iuli Pontificis. Illi sic scribunt ad Felicem Romanum, Similiter auctoritate patribus est definitum consonanter, ut si quisquam Episcoporum, aut Metropolitanum, aut cōprouinciales vel iudicis suspectus habuerit, vestram Romanam interpellat sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi, ac sollemdi, speciali est priuilegio, super alios concessa. Iulus autem in longa Epistola ad Orientales Arianos Episcopos, cum aliis plurimos, tum hunc nominat, & quidem primo loco Canonem recitat. Denumero autem Nicenorum Canonum, quod diximus diligenter impugnant, & longe plures editos fuisse contendunt, sed exemplaria perisse.

III. Respondeo, Athanasii, & Iuli literas nihil probare: quia sunt subpositæ. Athanasii certe ad Felicem Epistola, si non est conficta, nihil fuerit Athanasio ineptius, nugacius, infantius. Scripta fuit Latine: quod exceptua collusione verticis, & vertuntur, apparet, ipsa est, inquit, sacerverex, in quo omnes vertuntur. At Athanasius Graece scribebat. Phrasis etiam Latina est spuriissima, atque adeo barbara. Stylus minime cohærens, & dissolutus: ut facile garrulū agnoscas, multa loqui conantur, nec præimperitia tamē oratione contextendæ parē. Plena est inepitæ adulatio: atque adeo vna fere perperuo chorda aberrat, auctoritatē Romana sedis subiude in geminans, atque eadem sepius repertens. Falsa est profect: ut cum ex Rom. Ecclesia alias oēs dicit sumptissime prædicationis exodiū: et si constat prædicatum fuisse Euangeliū, quā illus est (ut ita dicam) Rom. Christianus. Sed & se Athanasios assertit Romæ factum Episcopum, Quibus premissis (inquit, atque hoc ipsum insulssimè, quasi præcedentia quicquid ad hoc mendaciū facerent) significamus Deo placitè paternitatis vestre. (Et tamen eo seculo Episcopi Episcopos nunquam Patres appellabant: etiam Romanum fratrem, & collegam) Die 7. Cal. August. Indictionis quarte, nostram humilitatem diuina gratia, suo (ut præcepit) munere præfusæ, vestris sanctis ac Deo dignis precibus, in sancta Rom. Ecclesia pontificatus honorificè consecrationem, & stolas. Vbi non locutus tantū f. illo notatus, & constat Alexandriae consecratum Athanasium, in die inculto: Rom. Pont. sed et cetero falso putatus. Nam quāq; post Synodum Nicenam, ibi mortuo Alexandro substitutus Athanasius: ergo anno Constantini 21. atque ea non potest esse Indictione 4. Nam constat ex magno Scaligero in Emendatione temporum: immo etiam ex Baronio, Indictionis cœptis numerari anno Christi 312. anno Constantini 7. Quare annus Constantini 21. erit 15. Indictione non 4. Ad hanc qui potuit Episcopus fieri præcibus Felicis, qui iam Liberii tempore esset Episcopus, hoc est annos circiter 40. ante Felicem. Vide Binium annotationem in hanc Epistolam.

LIBER DECIMVSTERTIVS, CAP. VIII.

25

IV. De Iulio simile iudicium. Nam epistolas illas decretales docti omnes iam pridem habent suspectas multis argumentis. Et in hac ipsa adscripti sunt Consules Felicianus. & Maximianus, qui toto Iuli tempore nulli fuerunt, tantum primo eius anno Felicianus cum Titiano. Quid artificium dico citandæ Scripturæ, perpetuumque eius contextum adhibitum, ut in aliis? Quid? quod de Athanasi cœusa scriptæ cum sint, tamē neque Athanasi nomen habent, neque quicquam eius causæ proprium? sed generalem thesin de non molestandis Episcopis? Et quidem stupiditatem videte. Duæ sunt ad eosdem Orientales scriptæ Epistolæ, priorem haber adscriptam Kal. Oct. posterior Kal. Nouemb. Et eosdem Consules. Quis credat, tantulo tempore, Roma in extremum Orientem deferri potuisse Literas Iulij: iodeq. Romam literas Orientalium, quibus haec respondent? Maxime cum primæ 1. citationem contineant: cuius etsi nulla dies sic adscripta: tamen vix breuius interuallum esse potuit, quam annuum: quemadmodum in 2. citatione à Kal. Nou. ad XV. Kalen. eiusdem mensis. Præter ea recitat multos canones Nicænos; qui neque in viginti editis sunt: neque conueniunt cum Arabicis editionibus Pisani, & Turianni. Denique Binius agnoscit secundam Epistolam esse supposititiam, quam qui huic primæ compararit, inueniet tam similem, ut vix ouum uno magis.

V. Ergo testes non sunt locupletes. Nunc de numero videamus. Asc-  
runt igitur longe plures editos fuisse, sed post ab Arrianis igoi traditos,  
praeceps hos viginti. integrum vero numerum Romæ diligenter custodi-  
tum Sic enim Hardius loquitur. Probant plimum autoritate Athana-  
si ad Matrem scribentes. Sane presentibus nobis octoginta capitula in r-  
em  
erattractas sunt Synodo: quadraginta à Græcis Græca lingua edita: &  
quadraginta à Latinis similiter Latina edita lingua: Sed visum est trecentis decem,  
& octo patribus, in predicto Sancto Spiritu repletis concilio congregatis, &  
maxime tam ait ALEXANDRO, Ep. Apostolica sed & apocrisiariis, ut decem capita-  
lunarentur, alii atque congruis in locis insererentur, & ad formam septuaginta  
discipolorum, vel totius orbis terrarum linguarum, septuaginta tantum. Et tam  
excellentes concilij furent capitula. Deinde id ipsum confirmant test. monio  
IUDORI: & IOANNU cuiusdam in Concilio Fiorentino.

VI. Sed contra, nos testimo<sup>n</sup>ium habemus Theodoreti libro I. c. 8. historia: & & τὸν λόγον τοῦν πολλεῖς νόμος ἔργαν αὐτὸν. De administratione Ecclesiastica leges viginti conscripsere. Et Nic<sup>o</sup>-phori libro 8 c. 19. Moribus conformandis Concilium leges postremo tulit viginis. Sed & Stephani Papæ Romani apud Gratianum dicit. 16. Viginti tantum capitula Nicæna Synodi in Santa Romana Ecclesia habentur. Item Concilij Carthaginensis sexti, in quo recesserunt Cœli Canones, quales à Cœciliiano Ca<sup>r</sup>th<sup>i</sup>gineensi ab eadem Synodo in Africam delati sunt: quibus coniunctabunt exemplaria ad Synodum Ca<sup>r</sup>thaginensem s<sup>e</sup>pt<sup>m</sup> main missi Alexandria, & Constantinopolis: à viuis magis Cyri<sup>lo</sup>, & Atico.

VII Iam Athanasi illa ad Macum Epistola, est suppositio: quod ipse Bella minus agnouit: recte norans Actorum Nicenorum combustionem ab Arianois accidit: post eius Martini mortem: adeo fœde terum oblitus est illi, quisquis est nugator: in quem etiam valde inachitu: Baronius ad annum trecentesimum triginta quinque lex ut §. 50. & 60. Tum vero, quam insulam, factos Caunes dimidiatim à L. tivis, & G. aecis: imo dimidiatum Latine, & Graece. Hoc erat quisquam, non imperialis totius antiquitatis? noa plane hospes in Ecclesiastica historiæ? Addem magnum mysterium Septuaginta discipulorum Immortale quam dignum Spiritu Sancto! Sed illud de linguis Septuagintæ, per to unius ob. in, omne soperata- cumen: & habetur a quadam ex iur. ordina. i. revelatione, in quam si cui nichil inquiras, re cesis in spiritum Sanctum. Et quicquid ruet: mornachi, reliqui omnes, qui prophenorū locum implent, adorare teach tur.

VIII. Et vero ignem passa exemplaria Synodica, verisimile est: quæ tum trax Ariomani: à: um rabies. Sed Romæ tantum conservata integra, id vero falso summum. Primum enim in Africa exstabat Cæcilius exemplar: sed & Alexandria, & Constantinoplo sua habebant. Cyrilus certe scriberet ad Africanos, uiciniorum populus tamen non posse: ut illi eis credere: r: c: tñ Nicaeion popl: r: B. I. u. i. exordia, tñ i. m. tñ d. d. s. l. a. j. a. Necessarium existimat, fidelissima exemplaria in authenticis Synodi, qua a p. Nicæam Bithynia habentur, mittere charitati vestre. Att. eis autem, qm: d. B. a. t. t. e. n. i. x. M. a. r. c. e. l. l. u. s. t. b. c. o. d. i. a. n. o. n. e. s. e. s. s. i. d. e. s. s. e. s. , neq: tñ c: i. x. N. i. c. a. e. i. d. o. s. d. o. s. t. t. e. r. i. v. a. s. e. c. i. o. n. e. s. , c: i. o. l. o. k. l. r. , w: c: i. n. d. o. t. e. r. a. t. p. i. g. l. a. I. r. a. q. , p. e. r. b. e. n. d. e. s. f. l. i. u. m. n. o. s. t. r. u. m. M. a. r. c. e. l. l. u. s. h. y. p. o. d. i. a. n. o. n. u. m. v. e. s. t. r. u. m. v. a. l. d. e. f. e. s. t. i. n. a. t. e. m. , C. a. n. o. n. e. s. s. i. c. u. t. c. o. n. s. t. u. t. u. t. s. u. n. t. à. P. a. r. i. b. u. s. N. i. c. a. , i. n. t. e. g. r. o. s. s. i. c. u. t. i. n. s. i. f. f. i. l. i. o. s. , m. i. s. s. E. u. i. m. v. e. r. o. h. o. s. E. p. i. c. o. p. o. s. g. r. a. u. i. t. e. r. o. p. o. t. t. f. u. i. s. s. e. i. m. p. u. l. e. n. t. e. s. , q. u. i. l. e. a. s. s. e. r. e. n. t. m. i. t. t. r. e. , i. l. l. e. q. u. i. d. e. m. , n. i. t. p. i. n. t. u. l. a. i. o. s. , i. l. l. e. v. e. r. e. i. o. l. o. k. l. r. . s. i. n. u. s. q. u. a. m. i. n. G. r. æ. c. i. a. e. x. t. a. t. e. p. t. Q. o. m. o. d. o. c. n. i. m. p. i. n. t. u. l. a. i. o. s. i. m. o. q. u. o. m. o. d. o. e. l. o. k. l. r. e. s. , q. a. e. C. a. n. o. n. u. m. , n. e. t. r. i. e. n. t. e. m. q. u. i. d. e. m. c. o. n. i. n. e. r. e. t. E. t. q. u. i. d. e. m. i. n. s. e. x. e. m. p. l. a. r. i. b. u. s. , & f. i. d. e. l. i. s. s. i. m. s. , & i. n. t. e. g. r. i. s. n. o. n. e. s. s. e. r. e. p. e. c. i. t. u. l. u. m. C. a. n. o. n. e. m. d. e. a. p. p. e. l. l. o. n. i. b. u. s. , c. e. l. a. t. a. t. u. t. P. a. r. i. e. s. A. f. r. i. , l. i. t. r. i. s. s. c. r. i. p. t. i. s. a. d. C. o. e. l. e. s. t. i. n. u. m. , I. l. l. u. d. (i. n. q. u. i. n. t.) q. u. o. d. p. r. i. d. e. m. p. e. r. c. o. e. p. i. c. o. p. o. n. n. o. s. t. r. u. m. F. a. u. s. i. n. u. m. , t. a. n. q. u. a. m. e. x. p. o. r. i. e. N. i. c. a. i. C. o. n. c. i. l. i. e. x. i. n. d. e. t. r. a. n. s. m. i. s. t. i. s. , c. i. t. o. s. a. l. a. n. d. e. r. e. s. d. a. t. p. r. o. f. a. u. s. r: c: i. x. N. i. c. a. e. , a. s. s. e. r. i. d. e. s. s. e. r. a. d. o. s. d. a. n. a. l. e. t. r. K. u. e. l. a. , t. ñ. d. a. l. a. g. e. n. d. r. e. a. s. c. u. l. a. p. o. s. o. s. w. e. t. o. n. o. p. 8. i. n. d. , r. ñ. p. a. c. e. r. t. e. w. e. s. o. n. h. a. n. t. A. p. i. c. e. r. t. ñ. c. o. s. K. o. w. e. s. l. e. v. i. n. p. o. l. d. i. s. t. o. n. o. s. t. p. r. e. f. e. c. i. o. s. c: i. t. ñ. c. o. w. i. n. d. o. l. , t. i. s. t. r. e. n. p. o. t. o. n. r. o. w. i. n. d. r. p. r. d. c. i. c. i. n. In. v. e. r. i. o. r. i. b. u. s. e. x. e. m. p. l. a. r. i. b. u. s. N. i. c. a. e. S. y. n. o. d. i. , q. u. a. a. c. c. e. p. t. u. s. a. s. t. i. l. l. i. s. s. o. m. C. y. r. i. l. l. o. A. l. e. x. a. n. d. r. i. n. E. c. c. l. e. s. i. a. c. o. e. p. i. c. o. p. o. n. s. t. r. o. , C. p. a. v. e. n. e. r. a. b. i. l. A. t. r. i. c. o. C. o. n. s. t. i. n. o. p. o. l. i. s. E. p. i. c. o. p. o. , e. x. a. u. t. h. e. n. t. i. c. u. s. m. i. s. s. a. , q. u. i. c. q. u. a. m. e. i. n. s. m. o. d. i. r. e. p. e. r. i. s. n. o. r. n. i. t. t. u. m. s.

IX. Et quid tum, si Romæ diligenter asseruata sunt? Nonne iam audiimus ex Stephano in iis esse tantum viginti Canones? Et quis vni Athanazio: immo non Athanazio, sed larvato nebuloni maiorem adhibeat fidem, quam Theodoreto, Stephano, Attico, Cyillo, Africanis omnibus? Adde, nunquam ulli visa esse ea exemplaria, quæ Romæ voluntaria cura conseruata. Nam his temporibus, cum omnes rimatis sunt angulos Bibliothecarum varii, Turrianus, Pisanus, Baronius, tum exemplaria tantum duo reperta sunt, non Graeca, non Latina, sed Arabica, & alterum qui demissi latini eripiunt responsum eum Parriarcha Alexandri-

no. Et hæc ipsa adhuc variè edita à Pisano, & Turtiano. Né ipsa quidem  
consentientia cum iis Canonibus quos Iulius enumerat. Nam iste saltus  
de appellationibus, nusquam est.

X. Venio ad Isidorum, & Ioanem. Isidorus in praefatione ad Concilium Nicænum ita scribit, *Nobis quidam è consilio fratrum nostrorum Orientales testati sunt, se vidisse Concilium Nicænum, habens posteriorēm quatuor Euangeliorum magnitudinem, continens in sessiones Episcoporum, & introductiones, iudicia, querimoniārum, atque definitiōnes, & constitutiōnes, ne non & subscriptiones eorum.* At iste Iudodus non est ille Hispanensis: sed alius cognomine Mercator, homo vanissimus, & mendacissimus: cuius colores depinxit Baronius ad annum 336. & suspicatur autorem Epistolæ Athanasii ad Marcum, & Marci ad Athanasium, de numero Canonum Nicænorum: Epistolæque Bonifacii secundi ad Eulaliūm de reconciliatiōne Carthaginensis Ecclesie. Tum autem non sibi comperta, sed auditu tactum accepta, refert: itaque nullius momenti potest esse testimoniūm testis vanissimi, & quidem non oculati. Ad hæc, Concilii illa magnitudo intelligenda est de toto actuum corpore, non de Canonibus ut non mirum, & tantam fuisse codicis crassitatem, & tamen videntiam tantum Canones. Nam edita sunt hodie nō ἡγεμονικὴ Synod. Ephesina Occumenica Græcæ, ter tanto maiora quam in Nouum Testamentum integrum: cuius tamen Canones sunt pauciores Nicæni, id est, tredecim Latinè: imo Græco octo.

XI. Sed Ioannes quidam (inquit Bellarminus) vir doctissimus, in Concilio Florentino asserit, se posse multis Sanctorum testimonio ostendere, Concilii sexti Carthaginensis Parties, tandem agnouisse, coruptos, & falsatos Canones Nicæni Concilii ad se ex Alexandria, & Constantinopoli missos fuisse. At in isto Ioanne, si forte laudari possit eruditio, certe desiderari debet iudicium, quandoquidem eas ipsas Epistolas Athanasi ad Marcum, Iulium, Liberium, Felicem citet, quas constat esse fictas, non nobis tantum, sed & Bellarmino. Baronioque. Se undo, ostentauit quidem se posse probare: at non fecit: nul' a enim protulit Vetus testimonia, piæter eas literas: quod indicium est, vel summæ in tanta re, negligeo ix: vel fidei sublestæ. Et sane mitari quis non im- merito possit ea testimonia ab eo tempore, hanc ita longo, adeo perisse omnia, ut ex multis, ne vicinum quidem exstet, quod hodie, quisquam vñquam legeret. Deniq; si id probare potuit, eadem opera ostenderit ipsum Cæcilianum Carthaginensem, qui interfuit Synodo Nicæna, inde ad suos Aphros detulisse exemplaria falsata: quod quis credat satis? vt piæter eam summam illam obseruantiam Cyrilli in Romanum Pontificem: quæ profecto non est passa hunc vitum quicquam detrahere de illius priuilegiis, vt ne quisquam suspicetur habuisse quidem integra exemplaria, an nouisse fideliter describere.

XII. Ethæc quidem testimonia sunt. Iam vero disputatione constare plura esse decreta. quam quæ continentur us viginti Canonibus: & probant enumeratis multis capitibus, Bellatminus enim octo colligit: Sanderus septendecim, Baronius etiam nonnulla præter ea. Sed antequam de singulis dico, obseruandum est, non esse relata in Canones, quæcumque in ea Synodo fuerunt aut agitata, aut sancita. Quod facile colligas ex Theodori testimoio ante recitato, qui hos Canones, dicit editos, *επιλογαιανης πολυτηριας*. Et Nicephoro, qui moribus conformandis leges latas. Quæ igitur ad eam politiam non pertinebunt, et si non sint in conumero, tamen non facient fidem, plures Canones editos quam viginti. Prætereat et si euincerent, quod disputant, tamen nostra parum interesset: cum alii argumentis confiterentur, hunc de appellationibus Canonem, non eslegent unum. Itaque non pleae disputant, omissa hac parte, quæ probare debebant, hunc Canonem vere esse Nicænum. Quid enim, si disputerem ego, hoc supposito, quod plures fuerint Canones quam viginti. Ergo eum Canonem, quo æquatus est Romano Constantiuopolitanus esse Nicænum? Quas ego, non ab iis sanas auferrem?

XIII. Sed primum caput hoc est. Socrates lib. I. c. 5 refert Concilium, non solum Ario, & eius fautoribus anathema denunciasse, verum etiam vetuisse ne Alexandriam Arius aduentaret. Respondeo, id non pertinere ad Canones de Ecclesiastica Politia : qua proprie ea continet, que in posterum, & quidem ab omnibus seruanda iubentur. Exponebatur ergo scorsim in reliquo actorum corpore: nominatim vero in Epistola Conciliarii ad Ecclesiam Alexandrinam : cuius partem aliquam idem Sozomenus recitat, capite proxime sequenti, ubi diserte anathema denunciatur Ario, eusque fautoribus : integram autem legas apud Gelasium Cyriceum parte tertia. In qua etiam notandum, quod absoluta narratione eorum, qua gesta erant circa Arium, & Meletium, ac consortes, tandem, ratiōne ī se m̄ētācērē, n̄ḡi Ἀλεξανδρία Αἰγύπτῳ, n̄ḡi τῇ ἀκαδήμῃ Ἀλεξανδρίων εκκλησίᾳ: eī dīlē h̄ūdō n̄ ὀκανοὶ θν. n̄ ἐδυμράθη, συμπατρίος τε κυνει, n̄ḡi πινακάτε συλλέγειν: n̄ḡi ἀδελφὲ ημῶν Αλεξανδρ., αὐτὸς πατέρων ἀκαδείπειρος αἱστὸς τοῦτο στόχος ὡμῆς. Hac sunt qua ad Egyptum, & sanctissimam Ecclesiam Alexandrinam proprie, & separatim pertinent. Si præterea, vel Canones constituti sunt, vel dogmata sancta, presente domino, & venerabilis collega, ac fratre nostro Alexandro, ipse presentis ea vobis exactius referet. Vbi vides id quod Arium peculiariiter spectat, distinguiri à generali Politia Ecclesiastica, tanquam Alexandrinis peculiare; tum etiam (ut prius dixi) dogmata distincti à Canonicis.

XIV. Secundum caput de celebratione Paschatis: qui quidem unus erat e precipuis Canonibus. Sed hoc caput continetur in literis, quas tum Concilium, tum Imperator scriptis ad Ecclesias Orientales. Epiphanius autem distinxerit hoc decretum a Canonibus, hæc 69. *επιφανεία τοῦ αὐτοῦ ιεροῦ πατρὸς ἡγεμονοῦ τῆς εκκλησίας τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ τῆς Πατριαρχείας μετανέαντος της οἰκουμένης τῶν θεοφόρων Θεών, καὶ πατρού τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ.* Eadem opera Canonas quosdam sancuerunt Ecclesiasticos in ea Synodo: simul etiam de Paschate statuerunt circa sanctam illam, & venerandam Dei diem, unionem esse, & concordiam. Sed & Nicephorus, qui cap. II. libr. 8. statutum de Paschate, & de Meletio, seorsim recenset: adenique, *Hu ita peralii, moribus confirmandis Concilium leges postremo tulit viginti. Non est igitur veruta hoc de Paschate statutum, annumeratum esse Canonibus.*

XV. Tertium, colligitur ex oratione Constantini Magni apud Eusebium, de eius Imperatoris vita lib. 3. c. 17. Nicenam Synodum usque à prima passionis die, recoluisse Pascha is celebrandi tempus. At hic nullus Canon est: debuit: sed significat diligentem suppurationem temporum, repetitam ab ipso passionis Dominicæ anno, ut certus colligeretur dies, quo Pascha esset celebrandum. Quæ suppurationem suum, rum temporis usum habuit: verum ad Ecclesiastica Politia Canones non pertinuit magis, quam omnia argumenta, quæ Synodum moverunt, ut reliqua omnia decerneret, aut singulæ inquit unctiones, quibus Arius est coniunctus.

XVI. Quartum, de iis quæ de cœtu fuerunt aduersus Meletium. Respondeo, ut de 1. cap. non pertinere ad Canones Ecclesiasticae politie: ac propterea significata esse duntaxat per literas scriptas Alexandrinae Ecclesiae.

XVII. **Quintum, De Sabellio, & Photino, quos constat à Synodo damnatos, tum ex Damaso, tum ex Epilogo Synodi Romanæ sub Sylvestro.** Respondeo, Damasum non esse autorem eius libri de Pontificibus, sed longe recentiorem Anastasium bibliothecarium, sub cuius nomine tandem editus est. Synodus autem Romana, sine dubio, est supposititia, ut alias dicetur. Itaque, nisi quis verius laudetur autor, nihil promovetur. Et tamen, cum ne Arii quidem ipsius (qui causam dedit conuocationi) damnatio continueatur in Canonibus, quis putauerit debuisse comprehendendi Sabellium, Photinumque?

XVIII Sextum. In Concilio Constantinopolitano apud Theodoretum lib. 5. historiæ, cap. 9. sic habetur: *Sanctorum Patrum in Concilio Nicano decisio est, ut singularum Ecclesiarum Antiphiles, una cum finitimis Episcopis (modo ipsis ita visum fuerit) ministros ad Ecclesiarum commodum in suis ipsisorum prouinciis ordinent.* Quod decretum non est in viginti Canonibus, qui extant. Respondeo; primum à Sandero fallatum esse locum Theodoreti, à quo non singulari Ecclesiæ, sed singulæ prouinciæ nominantur. Græcæ enim est *καθ' ἕκαστην επιφύλιον*. Secundo, quod Christophorus sonus reddidit, ministros ordinare, Græcæ Theodoretus dixit *πάντας Χριστοφόρους*. Quin etiam totus locus sibi habet: *καθ' ἕκαστην επιφύλιον, τῷ περὶ τοῦ τοῦ εὐαγγελίου παλαιὸς τε, καὶ νέῃ, θρόνῳ καὶ καθήμενος, καὶ τὸ δέγιον τὸ μεγάλον περὶ καθ' ἕκαστην επιφύλιον τοῦ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἀγίου εἰναῖς βασιλεὺς σωτῆρος εἰς τὸ ὅμορφον πάτερ τοῦ μαρτύρου ποιεῖται τοῖς Χριστοφόροις.* Quod attinet ad administrationes sigillatim per Ecclesias, tum antiqua, ut scitur, consuetudo inuasuit, & sandorum in Nicaea Patrum definitio, per singulas prouincias eos qui in ea sunt prouincia, asciti, si velint, finitimi, consecrationes facere prout erit commodum. Porro τὸ Χριστοφόρον πατέρα, non generaliter de ministris eligendis, sed specialiter de constituenois consecrandisque Episcopis usurpari, tum sciunt, qui in veteri Ecclesia non sunt hospites; tum in hoc loco duo euincunt argumenta: & quod de finitimi accepti tendis dicitur: *q; nunquam siebat in creatione presbyterorum, Diaconorum, inferiorum;* & ex sequentibus. Nam idem, qui hæc scribunt, testantur, se ex praescripto eius consuetudinis ordinatis Episcopum Constantiopolitani Nectarium, & Flavianum Antiochiae; Hierosolymis Cyillum Quæcum ita sint, dico hunc canonem vnum esse ex illis viginti. Sunt enim verba Canonis quarti: *Episcopum oportet ob omnibus Episcopis, si fieri potest, qui sunt in prouincia eius, ordinari.* Reliquum de viciniis assumptis, pertinet ad παλαιὸν θρόνον, qui æquè est tater cum Cauone Niceno.

XIX Septimum. Arelatense Concilium secundum affitum et magnam synodum, ante constituisse, ut qui fratres filii accusasse conuicti essent, usque ad exitum non communirentur: nisi digna satisfactione penitissent. Respondeo, magnam Synodum non Nicenam intelligi (quæ alio canone suo nomine citatur) sed Arelatensem primam; quam cum non decimus octauus dicit congregatum ex omnibus mundi partibus. In ea synodo decimus canon est. De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare: sed falsum testem iuxta scripturam, impunitum non licere esse.

XX. Octauum. In Concilio Africano dicitur, in Niceno sacrificia post prandium inhibita, ut ab ieiuniis sicuti dignum est, offerantur. Respondeo, Zonaram, & Balsamonem centere id confirmatum esse in tractatu de fide: quod si esset, nihil mirum, non extare in Canonibus. Sed certe falsus est Zonaras, falsus Balsamon, falsi Papistæ. Nam hic nihil est, quo significetur id decretum in Concilio Niceno. Locus quidem misericordius est Graecè, cap. 48. editionis anni quinquagesimi secundi. Imo & in Parisiensi nupera anni millesimi sexti. nec simi decimi oclavi; Zonaras. Περὶ τῶν ποιῶν τὸν τῆς Νίκαιας τελετὴν καθόπεδον; αἱ ληψὶς ἵστορεῖ τὸν ποιῶν τὸν τελετὴν ἀγίων, οὐ δούλων τοῦτο, οὐ τούτους ἀγίους, οὐ τούτους φίλοις τούτους, οὐ τούτους ἀγίους. Ex iis verbis quis queso possit tam constantem, sensum eruere? Latina editio in primo Conciliorum tomo, post octimum quartum canone Concilii Carthaginensis; vide us sincerior. De fide enim Nicenam trahimus audiuiimus. Verum & de sacrificio inhibendis post prandium, ut ab ieiuniis, sicuti dignum est, offerantur, & tunc & nunc firmatum est. Est autem relatio Honorati & Urbanii. Οραցετος, νοσοφορος, οικιστης Μαυριτανie Σελεφικον χωρας επο. ειν πολλος οτι αρχης ιμπεριος αρχαιοτερης η γερεβα, ιαστριδη τωρη την καζανον; οτι αρχαιοτερης αδελφης η μεν παραγγειος το ποτηριος Νυμιδιας αλλα επειδη σοι ελληνικη ημερα εισιν αφ' εοι αρχαιοτερης ηδεις κατιλασον, περισσειαν παρειδιν την εισιτηριαν, διοτι τη σωματικηποιη ηδει. και Διη τητο, αδελφη, την αισιοφορη ημεν επειδησθε. Honoratus & Urbanus Episcopi, legatis provincie Mauritaniae Stiphensis, direxerunt: Iamendum, quem apud sanctitatem vestram allegaremus scripta, dilatissimus ea contemplatione, quousque fratres nostri aduenir possent de Numidia legati. Sed quia non pauci dies sunt, quibus expectati minimè venerunt, ultra pratermittere, quae nobis mandata sunt à nostris coepi copia, non aportem: atque ide fratres suggestionem nostram libenter admittite. Est igitur, ut dicebam, relatio & quidem (nisi fallit Latina editio nam Graecè non sic) à Concilio Mauritaniae Stiphensis. Itaque narratur acta eius Concilii non auctem Nicenæi. Eius narrationis primum put de tractatu de fide Nicenæa: que etiam in aliis pluribus synodis sum temporis lecta fuit & confirmata. Sed reliqua capitana non sinecesse ad eam in synodum Nicenam pertinente. Itaque, in editione Latina, distinguitur ea fides Nicenæa, ab hoc decreto de ieiuniis. De fide Nicenam trahimus audiuimus: nimis in

ea synodo, à qua delegati cuiusque acta referabant. *V*erum & de sacrificio inhibendis post prandium: scilicet rursus audiuiimus, nimis tum in eadem synodo. Ergo utrumque: & de fide Nicæna, & de ieiunis. Stupidus sit, qui hæc capita non agnoscat non tantum distincta: sed etiam diuila. Potto in Canonibus ciuidem Carthaginensis synodi octauus est. *Vt sacramenta altaris non nisi à ieiuniis hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario quo cena Domini celebratur.* Nullo nominato Concilio Nicæno. Quia causa in eare latrone legimus: *E*t sunc & nunc firmatum est: ne peccata congruebat desuatio Sitiphensis illius Syrodi, cum huius Africane definita. Itaque nullus hic arguitur defectus Nicænorum Canonum. Atque adeo Baronius in appendice tomi decimi, ad annum 325, iubet hanc obseruationem deleri: nempe re melius persensa, videt nullo iure hinc Canonem proculi Nicænum.

XXI. Nonum. Ambrosius Epist. 82. assertit in Niceno statutum, cum qui secunda coniugia sortitus sit, clericum esse non debere.

**XXII.** Respondeo; primum non videri Epistolam esse Ambrosii, quod Venetiarum meminerit, quæ tamen Ambrosii tempore nulla fuerunt. Nam quod Bellarminus regionem interpres tatur, facili solita audacia, Nunquam enim id nomen auditum est, nisi post urbem eam conseruatam: neque vero Latinitatis vsus est, ut huius formæ nomina pluraliter regionem designent. Deinde non constare quam vere sit loquutus, qui que ille autor est. Primum certe clericorum nomen ad ostendit, si que extenditur, quibus non legitur quod sciam, hoc interdictum fuisse commune. Unde inde, et si quod ad alios gradus attinet, cerebra sit eius mortis mensio, tamen isto excepto, nemo eius autoritatem teperiit a Nicæno Concilio: atque adeo in nulla eius canonum editione, quicquam est tale; cum tamen ille diceret testetur in eo Concilio id additum fuisse. Denique non dictum illi, hunc unum aliquem fuisse canonem. Sed Patri in Concilio Nicæni tractatus addidisse. At nos ante diximus, multa comprehensa fuisse in Actorum corpore, quæ tamen non relata in Canones.

XIII. Decimum. Hieronymus præfat oneio lucith, scribit, cum librum numeratum esse in sanctis libris a Synodo Nicana. E. Baronius dicit. *Quis* oeger in eadem magna Synodo de S. Scripturis authentis editum esse Canonem? Imo potius quis auctor affirmare, in tanto, tam profundo totius antiquitatis silentio? Nec Hieronymus autem quicquā habet, quod eo inducat. *Librum hunc*, inquit, *Synodus Nicana in numero sanctorum literarum legitur compuisse*. Et quistam stup dus sit. v. Baroniū cōcedat idem esse, librum aliquem in Canonicis computare, & de libris Canonicis Canonem edere? Po. est si dici computare, qui vel tam sacrum librum semel citauerit. *Quid?* quod idem nihil assert? Tantum exiliter, *legitur computasse*: tantum non dicens nolle se eius rei praestare fidem: tamen alicubi sic legi. Itaq; Baronius mutauit sententiam in appendice tomī 10. ad anni 325. § 157. & censet ita scripsisse Hieronymum, quod in actis eius Concilii legisset obiter citatum librum.

XXIV. Undecimum. Hieronymus in Epist. ad Oceanum: in Nicæna Synodo decretum, ne de alia ad aliam Ecclesiastam Episcopum transferatur. Respondeo primo, huic capiti satisfacere canonem 16. Imo (inquit Sanderus) non satisfacit: quia non loquitur de Episcopis. Sane, in quam si forte dandero tam sana mens sit, ut Episcopos in nullo constituant Ecclesiastico ordine. Suntem enim hæc canonis verba, πρεσβύτεροι οἱ ἀρχιερατοὶ καὶ ἀρχιεπίσκοποι. Latina versio: sive presbyteri, sive diaconus, vel in quocumque Ecclesiastico ordine fuerint. Secundo, ubi habuit oculos Sanderus, ut legat non potuerit, canonem 15. Αρχιεπίσκοποι τοις πόλεσιν, εὐδέλησιν πολιτειῶν καὶ αὐτοῖς τοις συντάξεσι τοις πόλεσιν οἱ μεγάλοι οἱ πόλεσιν εἰς πόλεις μὴ μεταβαίνων, μητέ πειραγμού, μητέ πειράτηρον, μητέ Διάργον. Propter plurimum tumulum et seditiones quæ exorsuntur placuisse prouincias cunctudinem tollere quæ contra canonem in quibusdam paribus comperta est, ut nemo ex ciuitate una in aliam migret, neque Episcopus, neque presbyter, neque Diaconus. Apud Ruffinum: ne de ciuitate inferiori ad maiorem Ecclesiasticam transire possit, sive Episcopus, sive sacerdos aliquis clericus.

*transire quis ambiat, sine Episcopis, sine etiam aliis clericis.*  
XXV. Duodecimum. Augustinus Epist. 110. *Sed cum patre meo & Episcopo meo sene, Valerio: quod in Conclito Nicano prohibitum fuisse nesciebam: Respondeo, prodigiosam esse Sandri & Bellamini negligentiam in legendis his canonibus: in quibus octauus sibi habet, *in una ciuitate duo sint Episcopi*. Et citantur haec verba a Photio in nono canone ad hanc ipsam questionem.*

XVI. Decimumtertium. Augustinus de Baptismo contra Donatistas cap. 9. libri 2. dicit in plenario Concilio definitum esse, ne semel ab haereticis baptisati, rebaptisentur. Respondeo id definitum in Niceno Concilio: at non relatum in canones: verum in symbolo comprehensum, his verbis, ὅμοιογενεῖς ἀφεντικογένεσι. Confiteor unū baptismū in remissionem peccatorum. Qua Aphantus de Castro huic ipsius negotio accommodat. lib. de Haeresisib; 3. cap. de Baptismo, haereti 5. Rursus canon 19. erit iam tum multi extarent haeretici, tamen solos Paulianitas iubet rebaptizari: vnde, inquit Bellarminus de Sacramentis libri 1. cap. 16. Aperte deducitur ceterorum haereticorum baptismū approbatum à Concilio fuisse.

**XXVII. Decimumquartum.** Leo Epist 68. *Quod nostru s temporibus apud Chalcedonem de Domina nostri Iesu Christi Incarnatione firmatum est, hoc etiam apud Nicæam mysticus ille Patrum numerus definitus.* At hæc hedes est, non politia: propterea non debuit quæritur inter canones. *Est autem Leonis mens, nihil in Synodo Chalcedonensi definitum, non consentiens optimè, cum iis quæ apud Nicæam. Atque adeo locus est huiusmodi: nam iuregum recitabo, quem Sanderus truncavit.* Hoc etiam apud Nicæam mysticus ille Patrum numerus definitus, ne Catholicorum confessio, aut unigenitum Dei filium in aliquo rederer Patri imparem: aut eundem, quum factus est Filius hominis, non vera carnis nostra, atq; anima habuisse naturam. At hæc, aut disertè continentur in Symbolo Nicæeno, aut ex disertis no- cescitario eruuntur.

**XXVIII.** De omnium quintum. Rationem literarum, quæ formatur et cunctur, concepiam esse in eo Concilio, restitutus Atticus Constantinopolitanus. Athæc fabula est mera: ut ante docui. Deinde non posset venire in nu-

**LIBER DECIMV STERTIVS, CAP. IX.**

in numerum Canorum: si verum quod Baronius obseruauit, non esse  
cum ceteris editum: sed penes Episcopos Catholicos retentum secre-  
tum: ad annum 325. s. 167.

XXIX. Decimum sextum. Duplex Canon, alter de Baptismo, alter de Eucharistia, citatur Græcè à Cuthberto Tonstallo in libro de Eucharistia. Respondeo, contineri etiam in Gestis Nicænis Gelasii Cyziceni: sed non pertinere ad politiam Ecclesiasticam: verùm ad fidem. Nec esse Canones: itaque à Gelasio numeratus inter ~~alios~~, quæ sunt sine dubio fragmenta quædam, ob id à continuæ orationis corpore aulsa, quod essent notata digna: itaque conceptæ sunt in formam disputationis.

XXX. Decimum septimum. Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos docet acta quædam fuisse Nicænæ synodi, in quibus legi posset, quod octo Episcopi Ariani à Synodo suscepti fuerint. Et sicut negari non potest Synodi eius acta ad nos integra non pervenisse: tantum veluti ~~de~~ <sup>de</sup> ~~in~~ <sup>in</sup> ~~ad~~ <sup>ad</sup> ~~per~~ <sup>per</sup> ~~quædam~~ colligi è variis autoibus; in quo labore laudabiliter olim sudauit Gelasius Cyzicenus: Nostro seculo Camerarius. Poterant & laudem mereri Alphonsus Pisanus, Cæsarque Baronius, si non ostenderent eum sibi scopum esse, vt omnia inflesterent in commodum tyranidis Romanæ: potius quam vt veritati seruirent. Sed nos in tota hac quæstione de Actis non disputamus: tantum de numero Canonum. Hoc autem de Episcopis recebris, vt potuit legi inter acta, sic non debuit referri inter Canones; quibus ~~re~~ <sup>re</sup> leges sanciuntur Ecclesiasticæ administrationis.

**XXXI.** Decimum octauum caput est, apud Bellarminum de permisso coniugii Sacerdotum: quod à nobis citatur, & vrgetur aduersus ecclesiastarum. At hic nullus est canon: sed est historia apud Socratem lib. i. c. 8. & Sozomenum lib. i. c. 22. indeque apud Gelasium Cyzicenum. Porro certum, ea de re nullum editum Canonem. Epilios ἡ καὶ τοῦ πατρὸς τῶν βαλτῶν, οὐδὲ τέττα εἰδὼς σύμφωνον αὐτῷ τὴν ἀγάπην τοι περιγράψας, τον αὐταγανθήσεται τὸ θάνατον, οὐδὲ μετὰ νεκρῶν ἐχει εἰδόντας τοις αὐτοῖς φάσας Landauit Synodus consilium: Εἴ τι de re nullam legem tulit: verum cuiusque arbitrio, non ulli necessarii permisit. At de aliis, prout maxime expedire visum, leges conscripsit. Et ne hanc saltē libertatem putet quis in Canones relatam, Gelasius: πλεῖστη μὲν τὴν επονόμων οὐδεὶς οὐδὲ τὴν θεοφόρους εὐαγγελίαν πεποίησε. Σεβαστοπόλεστη. Viri consilio persuasus Episcoporum cætus, de ea quastione tacuit. Nicophorus. De hac re, quam arbitrio cuiusque reliquit, nihil sanxit.

XXXII. Decimum nonum: Baronius obseruauit à Patribus sanctitudinem Canonem, quo eautum fuit, ut res cognitae in minore Synodo, in maiori iterum examinari possent. Eius canonis meminisse Iulium in Epistola ad Arianos, apud Athanasium Apologia 2. *Episcopi in magna Synodo Nicæa congregata, non sine Dei consilio permisérunt prioris Synodi acta, in alia Synodo examinari.* Et paulo post: *Quod si istiusmodi consuetudo olim fuit, eiusque memoria renouata est, & scriptio prodiit in magna Synodo, eamque apud vos valerentur finitis, rem profecto indecoram facitis.* Respondeo. Ne hic quidem nullus canonis mentio. Nam illud permisérunt ouizionous, negotium gestum, potius quam canonem conditum significat. Et verisimile est, quia Arii causa iam agitata fuerat, & iudicata in Synodo Alexandrina. statim ab initio Nicæni conuentus disputatum esse, an cibuen: re iterum ventilari. Decretum autem nihil esse incommodi. Sed id in actionem corpore contineri potuit: in canonibus tum editis nemo unquam lectum dixit. Itaque Baronius appendice tomis decimi, non putat affirmandum.

X<sup>XXIII</sup>. Nihil est igitur caus<sup>s</sup>, quominus numerus 20. sit legitimus canonum, quos edidit Synodus plenaria prima : debeantque in iis inueniri, quicunque citabantur, tanquam eius *γνώσοι ηγετῶν*. Qui non inuenientur, metuere erunt suspecti maxime hoc tempore, quo videmus nullum non moueri lapidem, vt quum veris non possit, falso monumentis Pontificia causa fulciatur. Finxit iam olim Isidorus Mercator Epistolas Athanasij, Marci, Iulii, Liberii, Felicis; vt ex usaret (inquit Baronius) Zozimus mendacium in Concilio Carthaginensi. Nostro seculo ab Occidente decursum in Orientem, vt inde Baptista Romanus Iesuita Arabicam deferret farraginem : & Turrianus aliam erueret è nescio, qua Marcelli Bibliotheca : in quibus quantum sit autoritatis videtur Baronius agnoscere. Quoniam hac (inquit anno 325 §. 180.) ignorasse maiores vissunt, quando oborta controvressia in Ecclesia Africana, de iure mentio necessaria incubuisse: hac libentius aliis differenda relinquemus. Quæ tamen ratio communis est, & æquè potens ad refutandum eum Canonem, de quo proprie disputamus. Sed his tamen nō contenti; quid non præterea convergunt? Adeo vt si tantum valeret in literis, quantum in filiis audacia, iam non viginti, vt Veteres, non septuaginta, aut octoginta, vt comitentias Athanasius, & Arabes; sed æquè magnum Canonum Nicænorum corpus habituri simus, quanta est Gratiani farrago. Adeo nihil est frontis.

## C A P. IX.

### *De exemplis Appellationum.*

I. **A** Tque haec tenus quidem de iure appellationum. Nunc de facto. Habent enim, quæ proferant exempla, à variis varie enumerata à Bellarmino, opinor, omnia. Anno centesimo quadragesimo secundo à Christo, Marcion excommunicatus ab Episcopo suo in Pontio, venit Romam, ut à Romana Ecclesia absolveretur; ut refert Epiphanius hæresi 42. Anno 252. Fortunatus & Felix in Aphrica, à Cypriano depositi, Romanum nauigarat, atque ad Cornelium appellarunt, Cyprianus Epistola 55. Nec diu post Basilides in Hispania depositus ad Stephanum appellauit, Cyprianus Epistola 68. Anno 350. Athanasius ab Orientalibus depositus ad Pontificem appellauit, & ab eo restitutus est. Sozomenus libri 3. cap. 7. Post annum quadragegesimum, Chrysostomus à Theophilo depositus, ad Pontificem appellauit, ut patet ex Epistolis eius duabus ad Innocentium. Eodem seculo, ad Leonem appellauit Flavianus Constantinopolis Episcopus: & Theodoretus, ut ex Epistola eius ad Leonem appetat.

ad Leonem  
Tom. II.

II. Sed hæc exempla nullam probant appellationem. Distribuenda sunt autem in duogenera; vel enim viri erant mali; vel boni & pij. De illis dicam prius, Marcione, Fortunato, Felice, Baslide. Ergo, quum quis pro suis meritis tractabatur apud suos, vel depositus ab Episcopatu & Sacerdotio; vel etiam excommunicatus; sœpe euueniebat, ut auxilij gratia alii confugeret, vbi vel factores aliquos sibi speraret ioueniendos; vel saltem consideret posse iis imponere, quibus non esset bene cognitus. Hoc Cyprianus appellat *circuncurrare*, in cauſa Fortunati & Felicissimi. Porro itum fuisse etiam alio quam Romam, ipse Cyprianus ostendit epistola 53. Quia, inquit, conscientiam suam norunt, nec nos audent adire, aut ad Ecclesiastum accedere: sed foris per prouinciam circumueniendum fratribus, & spoliandum pererrant: & omnibus iam satis noti, atque undique pro sui facinoribus exclusi, illuc etiam ad vos naniigant. Ergo Fortunatus & Felicissimus, ante quā irant Romam, profecti erant ad reliquas per Afriam Ecclesiias: apud quas quum obtinere nihil possent, Romam tandem iter atripuerunt. Idi simus ergo quærebant in Africa, & Romæ Ad Africanas tamen Ecclesiias applicante, quis dicat, iam damnatos ab Africæ primate? Eigo ne Rōmam quidem. Simili modo eadem Epistola narratur, Priuatum veterem hereticum, ante multos annos non tantum à nonaginta Episcopis, sed etiam ab ipsis Cornelij Romani, & Cypriani Antecessoribus (sic enim Pamelius intelligit hæc verba, *Antecessorum nostrorum*, & recte) damnatum, voluisse cauſam agere in Concilio Africano. Rufus Epist. 49. Evaristus dicitur, per alias prouincias oberrare, & veritatis ac fidei naufragus factus, circa quosdam suisimiles paria naufragia concitare. Breuitat, non erant illæ prouocationes, sed hominum maleferitorum intempories, Ecclesiæ inter se committere tentantium: & satagentium absoluī apud quosdam à censuris, quas apud alios incurserant: nec quarentium iudicij legitimam innouationem: sed paenitentia, & communionis testimonium: nimis postquam penitentiam suam acceptam reddidissent huic illi Episcopo, ab eo in communionem reciperentur, indeque ad suos literas adferrent Atque hæc in genere.

III. Sigillatim autem nego quicquam esse in Marcione, Fortunato, Basiliode, quod appellationem redebeat. Marcionem certe nusquam significat Epiphanius appellasse. *Mὴ φέρων*, inquit, *τὸν δὲ τὸν καλόν χαράκην*, διδιδράσκει τὸν ὄλευθον τὸν αὐτόν (sic enim lego) *καὶ αὔξεντος εἰς τὸν πόρφυρον μὲν τοπεῖται Τύγινες τὸ εἰλικρονοῦ Πάργας*. Vulgi sannos non ferens fugit à sua civitate peruenitque Romam, post obitum Elyzini Episcopi ἦρ τον σωματικού, καὶ εὖδις αὐτα συγκεχεόμενος Postulabat admittit in cœtum: at nemo permittebat. Hæc Epiphanius. At qui iure appellant: ij non solent dici διδιδράσκει, fugere a patria. Et rursus, postulare admittit in cœtum; quis idem dicat esse, legitimo iudicio experiri cum accusatoribus? Ergo nusquam significatur: appellasse.

IV. Imo vero, ut quid iuris fuerit ipsi Romana Ecclesia scias; quoniam a Clero Romano Marcion ita quereret, et quod deinceps me invadire coactus. Quia non monoluisit admittere? Responsum hoc tulit: non est deus qui nos a deo separavit. Ne quis partem ex te revoce? Quia non possumus absque permisso venerabilis patrui tui interfacere. Et nota caussam. Hinc quod tunc non possemus a proprio nomine: nam illi duximus ea cuncta ad hunc tempore, sed cum turpitudine patrem. Est enim una fides, unaque consensio: nec possumus ob sistere bono gloria, tuo patri. Faretur ergo Clerus Romanus ( & in hunc mortuo Pontifice Pontificij volunt deuoluimus inuersam autoritatem ) nulum sibi ius esse cognoscendi de causa Marcionis. Videlicer, quia iam damnatus esset ab Episcopis cuius illi collegae erant, non domini. Quasi diserte dicerent. Nobis nulla est in collegas nostros autoritas, ut possimus eorum acta irrita reddere nisi forte illi coſtentiant: nam illud a deo non impetravit id sonat. Si igitur permissemus bonus ille Sinopensis Episcopus; tum potuiflet Clerus Romanus Marcioni communionem restituere. Sed illo non permittente, non poterant. At si fuisset appellationis ius in vobis, quorsum permisso exspectaretur? Nam si immerito reus comperitur fusile damnatus, velit nolite prius iudex, in integrum restituir. Sin contra, tum velit nolite iudicentia confirmatur.

V. De Fortunato & Felicissimo æque verum, nusquam Cyprianus diceret eos appellasse: sed tantum Romanam nauigasse, cum mendaciōrum suorum merce. Imo certum prolixē docere, non posse aut debere causam eorum Romæ agitari, nisi contra canonem, atque ipsam rationem: qua de re sequenti libro plura. Res autem ita accidit. Felicissimus multa sua ob crimina, non tantum Cypriani, sed & plurimorum Episcoporum sententia abscitus, Romanam proficisciatur. Cornelius Cypriano scribit à se primo reiectum: sed secundis litetis suam quandam remissi animi molitiem testatur, ob quasdam eius hostis Christi minas. Tum vero Cyprianus prolixē prescribit, ut ne ita Cornelius cōmoueri se patiatur. Hæc vero quænam habent appellationis vestigia? Reicitur primo Felicissimus, non iudicatur. Atqui constat, inquires, iudicatum? Nimirum, ab ipso Cypriano. Quum venisset, inquit, sūp̄ partus caterua & factio deſperatorum, pulsum de Ecclesia esse. Obserua, primo quum veniret pulsum de Ecclesia esse. Atqui pendente appellatione debuit pro non iudicato haberī; itaque non denegari ei communio. Deinde venisse cum caterua & factio deſperatorum, vbi accusatores? vbi testes? Non igitur ullum iudicium: non igitur appellatio.

VI. Basilidem Cyprianus idem testatur, profectum ad Stephanum longe positum, & gestare rei, ac tacitæ veritatis ignarum, exambiis reponi se iniuste in Episcopatum, de quo fuerat iuste depositus. At his ego verbis nego villam significari appellationem. Ratio: quia appellatio coniunctam habet legitimam causam cognitionem; vt, vtraque parte audita, cognoscatur quid sit statuendum. At hic solus Basilides Romam venit: non aut cum eo, aut post eum, nullus ex Hispania; vbi depositus fuerat. Restituitur à Stephano, non tantum longe posito (quod non abs re notat Cyprianus, ut hunc concursandi morem vellicet) sed etiam ignaro rei gestar, & tacitæ veritatis. Ergo, inquam, nullum fuit legitimum iudicium: nulla causam cognitionis curigitur appellatio? Imo circursatio tantum eius, qui post iustam depositionem Romanam fugiens, opem atque sautorum quærebat aduersus suos & legitimos iudices. Itaque negat Cyprianus legitime restitutum: negat recipiendum ab Hispanis. Quod, qua tandem fratre diceret, si iure appella-

re potuissest? Nam tum necesse fuisset sententiam dictam esse, vel auditis partibus, vel per contumaciam eorum quibuscum Basilius res erat. At neutro modo fuisset Stephani sententia irrita. Denique notentur haec verba: *Quare eis aliqui de Collegis nostris extiterunt, qui deificam disciplinam negligendam putant, & cum Basslide, & Martiale temere communicant, turbare fidem nostram res ista non debet.* Hoc quicunque legerit, ponderabit, facile agnoscit Cypriani iudicium de Stephano, Basilidem, Martialemque restituente.

VII. Venio ad viros bonos & pios, Athanasium, Chrysostomum, Flavianum, eosque nego appellasse ad sedem Romanam: tantum confugisse auxili gratia: quod auxilium positum esset, non in aliqua iurisdictiōni autoritate, sed in amica communionis eiusdem societate: nempe quum Episcopi Romani eos, tanquam orthodoxos, eiusdemque fidei confessores in communionem suam admitterent: inde que eorum partes tuendas susciperent. Quod probo, primum ex Gregorio Nazianzeno in oratione de Laudibus Heronis, sic loquente de Petro Athanasio successore, Roman confugiente & ostentante vestes cruentas eorum, quos Georgius occiderat. ινας παρεγένοντα πατέρα, οὐ τοις δικαιοδοσίαις, οὐ τοις απόφθεγμάρι. Tum ut calamitatu magnitudinem ob oculos ponere: tum, ut in aduersis qui auxilium ferret, nancisceretur: sicut & nazatum esse scimus. Et addit causam. επειδή φιλεῖ μεγάλα τραύματα τοις πατέραις καὶ τοις δικαιοδοσίαις διαβολος ιερος λαζαρίνην παρετίθεται. Fit enim fere, ut qui epibus ac potentia praeceperit, ad infirmi afflictique hominis misericordiam subleuantur insuetatur. Spontaneoque benevolentia affectu, ad illius qui dignitatis gradu lapsus est (Bilij versionem recito) partes accedat. Nota auxilium non iudicium: nota non de eo, qui se iudicem praeter, sed qui ad partes accedat: nota denique non ullum priuilegium, iurisdictionisque praerogatiuum: sed spontaneum affectum; quo sit, ut quibus res sunt secundæ, affictorum misereantur. Accedit Nazianzeno Sozomenus, de eodem Petro sic loquens libri 6. cap. 19. Πίετος γένετον οὐδεποτε δια τοις πατέραις οὐδεποτε τοις δικαιοδοσίαις παρεγένοντας πατέρας, νοέσι πιτυχίαν αποτελούσαν. Petrus Episcopus elapsus ē carcere, nauis compos ad Romanum tanquam eiusdem fidei Episcopū nauigauit. Non igitur, ut ad iudicē, sed ut ad eiusdem fidei fautorē: nam sic τὸ οἰκεῖον Christophorus expreſſit. Deinde probatur idem ex testimonio Celestini Romani Pontificis scribentis ad Constantiopolitanos, in Actis Ephesinę Synodi, de Athanasio. ἐν τέττῳ τῷ θρόνῳ ὅπεραντας αἰώνιων, αὐτὸς ἡ αὐτοῦ τοῖς καρδιῶντος πολιτεῖαι. In hoc throno (Romam intellige) communionis solatium meruit; à quo nunquam Catholicis auxilium defuit. Nota ἀγανάκτιας αἰώνιων, quæ promptū significat animum Romani Episcopi ad Athanasium admittendum in suam communionem. Sed & βαΐδα, partium susceptionem significat. Tercio probatur ex eo, quod id quicquid erat auxiliū, conficiebatur audita tantum altera parte; quod in singulis exemplis apparebit.

VIII. Sed non Romanum tantum, quia etiam alio solitos confugere, qui in suis Ecclesiis iniusta paterentur, probant exempla. Sic apud Sozomenum libro 8. cap. 13. Ammonius, & Isidorus, Constantinopolin traecebunt, quum eis Theophilus Alexandriæ molestus esset: eosque Ioannes Chrysostomus Constantinopolitanus antistes comiter cepit, & in Ecclesia preces fundere non prohibuit: ad mysteriorum vero communionem admittendos non censuit, quod id, ante causam cognitam, fieri fas non esset. Confugerunt autem hac spe: *ωστε για εὐδίκα μαρτυρίους αὐτὸν ἵγειραι ποπον, οὐκωνδησαν μεσοπάτειαν αὐτοῦ;* putarunt eum cui iusta libertas in loquendo cordi esset, sibi in iusta causa futurum auxilio. Quid vero praestiterit Ioannes, quaies? Scriptis ad Theophilum, vt communionis ius illis redederet, quoniam de Deo recte sentirent: vel, si putaret in iudicio causam examinandam, mitteret quem veller actorem. Hæc apud Sozomenum. Et tamen, quis ignorat Episcopo Constantinopolitano nullam fuisse iurisdictionem in Alexandrinum? Sed hæc nimis nullæ erant iurisdictionis alterius in alterum signa. Nec tamen de Romano quicquam proferatur disertius. Sed ex hac igitur consuetudine, ii quos Bellarminus resenser, Romanum profugerunt: non appellantes ad iudicis superioris throm, sed opem, auxiliumque ab eiusdem fidei consorte postulantes.

IX. Sed percurram exempla singula. Primum est Athanasij ex Sozomeno. Et tamen apud Sozomenum nihil est quod appellationem significet. Sic enim ille capite 7. libri 3. Athanasius fugiens Alexandria, Romam aduentauit. Eodem tempore Paulus etiam Constantinopolitanus forte illo accelsit. & Marcellus quoque Episcopus Ancyra. & Asclepas Gaza Episcopus Auditus fugisse Alexandria: audis Romanum peruenisse, non audis appellasse. Sed quid actum? Μάζην ὃ παρεγίων εἰσιτησπότι μὲν ἐκεῖστον εὐκλήπτει, ἵνα παύεις οὐρανὸς τοῦτο τὸ θέρμαντον τὸ νησία συνεῖδει, ὡς ὑπέδειξεν αὐτὸς εἰς κηρυκίου τοντονῆς. Quorum singulorum criminationes quum Episcopos Romanus intellexisset, compresissetque omnes fidei Nicana consenserentes, admisit ad communionem, ut post secum dimitte de fide sentientes. Videlicet, ut paulo ante idem Sozomenus testatur. ὃ πλοιαρίου ἀκρατοῖσιν εἰπεῖσθαι. τῇ οἱ αὐτὸι τὸν δύοντας οὐρανούς εἰσενειχόντων τούτων ἡγεῖσθαι. εἴφετο τοῦτο τὸν τὸν Νικαῖα συνειληθέντας εἰς αὐτὸν τὴν Φῦφον εἰπανοντες, εἰσὶν νῦν εὐδιλιπον οὐδὲ φρονεῖτε. Praesul Ecclesia Romana sacerdotesque Occidentales, hanc suam iniuriam existimabant. Nam in omnibus eorum qui Nicam convenerant, sententiam probabant, neque haec tenus deserant ita sentire. Et hæc appellatio est hæciuditij legitima forma;

XI. At hic tamen nullum est iudicium. Audis enim restitutas sedes,

auditis tantum Episcopis spoliatis. Audit præterea reprehensos Oriens tales, quod male iudicassent: quod Ecclesiæ turbarent: quod non permanerent statutis Nicænis. Et tamen vides nondum auditos. Sunt ne istæ legitiimi iudicis partes? Minimè verò: imo eius qui in partes transibat spoliatorum: & vr recte Sozomenus dixit, qui in eos iniuriam illas tam, suam esse propriam duceret.

XII. Nec illæ obseruationes concludunt. Nam sedis dignitas, primatum illum significat ordinis, quo siebat, ut omnibus sedibus Romana præferretur. Itaque Socrates hanc ipsam recitans historiam lib. 2.c.ii n<sup>e</sup> ~~τελεόποια~~ appellat. Cura omnium, non ea est, quam Papistæ putant; sed ea potius quam describit Leo, Epistola ad Marciandum & Faustum presbyteros, quæ ordine est 32. Ut quantum curam totius Ecclesie habeamus, appareat horando scilicet omnium fidelium mentes, & clementissimorum principum præsidia ad defensionem fidei postulando. Et Celestinus ad Constantinopolitanos in Actis Synodi Ephesinae, facto initio epistole, ab illo loco Pauli, quo sibi dicit omnium curam incumbere, etiamq; nraas, inquit, iuris temporis, & iuris regnum p[ro]p[ri]e cōtraf[ac]tū, & q[uod] q[uod] d[omi]n[u]s o[mni]potens tu[n]t[ur] regn[u]s meus & gloriæ, t[er]ramq[ue] q[uod] q[uod] regn[u]s tu[n]t[ur] regn[u]s a[et]erni p[er]petuū cōspicimus. Similiter & nos, quanvis procul diffisi, ut cognitum hic habuimus, peruersitate doctrina nostra membra distracti, paterna cura nos pro vobis amburente, alieno igni arsimus. Sic igitur Romanus Episcopus testatur se curare res Constantinopolitanas, quomodo, qui alieno incendio afficiuntur: hoc est, non ex iure potestatis: sed ex communione charitatis. Quidquid curam omnium Ecclesiarum Sidonius tribuit etiam Lupo: libri 6. Epist. 1. Benedictus Spiritus Sanctus, & Pater Dei Omnipotens, quod tu pater patrum, & Episcopus Episcoporum, & alter seculi tui Iacobus, de quadam specie lacharitatis, nec de inferiore Hierusalem, tota Ecclesia Dei nostri membris superimplicata: dignus qui omnes consoleris infirmos, quique merito consulari a omnibus. Et tamen non erat Oecumenicus. Significat igitur Sozomenus Episcopum Romanum decuisse curam gerere, viptote primum omnium Episcoporum. Etsi enim communis sit omnibus Episcopis Ecclesie cura: tamen corum qui inter Episcopos dignitate sunt illustiores, in eadem cura partes sunt maiores.

XIII. Sedes restitutæ significant à Romano nihilominus Athanasium, & cæteros agnitos fuisse pro veris Episcopis, quanuis essent ab aduersariis depositi: quo sensu suo postea loco ostendemus sibi vicissim Episcopos solitos olim sedes restituere. Denique mandatum, ut quidam venient, sic intelligendum, ut vidimus Ioannem Chrysostomum scribere ad Theophilum Alexandrinum, ut quem vellet actorem mitteret; licet adeum non fuisset appellatum.

XIV. Sequitur Chrysostomus, quem Romam prouocasse, unde tandem colligunt? Videlicet ex Epistolis duabus ad Innocentium. Concedenter id quidem; sed non satis pudenter. Ia iis enim ne verbo quidem Chrysostomus quicquam indicauit eiusmodi: quin potius aperte constatur se appellasse ad legitimam Synodum. Licet absentes essemus, inquit, & ad Synodum appellaremus, & iudicium inquireremus, & non auditorium, sed manifestas iniurias fugeremus; ipse, amen accusatores suscepit. Rursus, Tractus igitur vi, & abductus à magistratu ciuitatis, in media ciuitate, & in nauim coniectus per noctem nauigauit, eo quod ad Synodum, & iussum iudicium prouocaram. Præter hæc verba, nusquam in iis Epistolis appellatio nominatur. Abi nunc, & Sophistis fidem habeo.

XV. Verum Hardinus totum hoc negotium fusius tractat: nam Belarminus tantum indicat. Notat ergo Pansophum Pisidiæ, Pappum Syriae, Demetrium secundæ Galatiæ, Eugenium Phrygiae Episcopos, profectos esse Romam, supplicesque fuisse pro Chrysostomo. Sed hic mentitur Hardinus. Profecti enim sunt illi, non ut supplices essent, sed ut de omnibus, quæ Constantinopoli acciderat, Innocentium admonerent, quo quantocius iebus succurreretur. Sunt enim ea Chrysostomi verba. Et tamen etsi concederemus supplices fuisse quid inde conficeretur? Non enim iis solis supplicari solet, ad quos prouocatur: sed omnibus, à quibus auxilium postulatur.

XVI. Recitat postea Hardingus locum ex prima Epistola ad Innocentium: sed deprauatum, quod Iuillus obseruavit: ego describam integrum. Ne confuso haec omnem, qua sub celo est, nationem inuadat, obsecro, ut scribas, quod haec tam inique facta, & absentibus nobis, & non declinantibus iudicium, non habeant robur, sicut neque sua natura habent: illi autem qui inique egunt, pene Ecclesiasticarum legum subiacent: nobis vero, qui nos nec conuici, nec redarguti, nec habiti ut rei, literis vestris, & charitate vestra, aliorumque omnium, quorum scilicet ante a societate fruebamur, frui concedite.

XVII. Hic rursus quæro, quid sit, quod appellationem redoleat ad Romanam Ecclesiam. Audio petentem, ut scribat literas Innocentius. Sed quas? An ut aduersarios citet apud se causam acturos; quo tandem vtraque parte audit, decretum interponat? Hoc vero nusquam. Imo totogat, ut postquam negotium cognoverit ex iis quos mittebat, id est, ex relatione unius saltem partis, tandem scribat. Quæ iam non sunt iudicis partes. Quid autem scribat? Quod hæc tam inique facta non habeant robur. Id est, admoneat eos à quibus facta erat depositio; non debuissent loanne deponi: & factam depositionem irritam esse, quia contra ius, fasque Ridicule enim intelligas. Scribe quod non habeant robur; id est tua autoritate sic definito, tanquam solide causa cognita. Quod probo duplicitate. Primo, ab euentu literis, inquam, Innocentij, quas scriptis ad Constantinopolitanos: quibus nihil prouersus aut praecipitur, aut decernitur tantum admonet, quid faciendum. Nos inquit, quantum ad canonum obseruantiam attinet, illu sequendum esse scribimus, qui Nicaea determinatis sunt, quibus solis obtemperare, & suum suffragium addere Ecclesia Catholica debet. Hæc ille, & alia in eam rem nonnulla: quæ præ se ferunt virum libere suam sententiam preferentem, nulla vero autoritate aliis imperantem.

XVIII. Secundo ex hoc ipso huius Epistole loco Nam inter caulis cur non habeant robur acta Constantinopoli, haec est, quod non declinaret iudicium. Hoc v. nihil aliud est, quam quod iam audiuimus. Licet ab senes effemis, & ad Synodum appellaremus, & iudicium inquireremus & non auditiorum, sed manifestas inimicitias fugeremus. Itaque rogat Ianocten, ut sciat  
baraq

LIBER DECIMVSTERTIVS, CAP. X

25

autoritatem: itaque addidit: *Sic tamen ut possit etiam aliis, Pontifice consentiente, indicere.* Nimirum, quia Imperatores olim indicebant: non disentientibus Episcopis Romanis. Non enim is consensus ita intelligendus, quasi ante conuocationem ab Imperatore Pontifex consuleretur; aut si consentiret, conuocatio fieret: sed, quia Imperator suo arbitrio conuocabat: & conuocationi iam facta Pontifex assensum præbebat. Ita quereris addit: *Quinetiam satuis, si diuinationem factam, ipse posse tam habeat, & confermet.* Satis eautè, ut Jesuitam decurit. Sed videtur ne prudenter lux cause consuluisse? Imo videbunt omnes, in Ecclesiastice historia non hos sicut. Lesbiam esse regulam, qui non sicut.

XIX. Flauianum etiam prouocasse ad Episcopum Romanum, sumitur, non probatur. Nam, quod Leonem testem citant; imponunt minus attestatis. Leo sic habet Epistola 23. ad Theodosium. *Omnis partium Ecclesia nostrarum, omnes mansuetudini vestra cum gemib[us], & lacrymus supplicant Sacerdotes, ut quia & nostri fideliter reclamarunt: & eisdem libellum appellationis Flauianus Episcopus dedit, generalem Synodus iubata intra Italiam celebrari.* Et vide, quantulum Sophistis fundamentum sufficiat, ut suam Babylonem aedificant. Audierunt libellum appellationis: & audierunt datum legatis Leonis: inde subito confecerunt, appellatum fuisse ad Leonem Ridicule. Nam si ad Romanum, cur postulatur cogi Synodus? Aut quis ita ferat arguentem Leonem, Flauianus appellavit ad me à Synodo: ergo oportet Synodus cogi: Deinde, idem Leo ad Pulcheriam Augustam Epilt. 2. 4. Flauianus, inquit, Episcopus in nostra communione persistit. Hæc cito vero sunt iudicis appellati: utante contestatam litem cum absoluat, qui appellavit: Est enim in hoc negotio recipere in communionem, historia non holpites. Lesbiam esse regulam, quæ non actiones iustitia ac. omnino det: sed iustitiam potius actionibus attemperet: hoc est, non id factum esse concludat, quia iustum esse: sed iustum esse potius, quia factum sit Apage ab Ecclesia non iam sophisticen, sed tyrannidem. A hodie, si quis Imperator id sibi sumeret, ut suo nomine Concilium conuocaret: quas non penas ab eolum eret Papa? Exemplo est Concilium Mediolanense, à Maximiliano Imperatore, & Ludouico Rege Galliarum conuocatum. Imo & quæcumque conuocata sunt, iam ab aliquo fecutis: quæ oportuit multis laboribus à Papa extorqueri, eiisque solo nomine dati literis conuocari: quod olim minime factum. Denique Cusanus, Concordantiae libro 2. cap. 6. *Vniuersalia Concilia de consensu Bonani Pontificis, ac aliorum Patriarcharum per Imperatores sub articulis fidei congregabantur.* Ergo, inquam, velia eo consensu nullum indicium Occumenicatus, vel non est solius Romani. Sed esto tamen. Videamus potius, quibus argumentis proberet, quod instituit.

XX. De Theodoreto paulo difficultius negotium. Nam ad Leonem sic scribit: *Vestra sedis exspecto sententiam: & supplico & obsecro vestram sanctitatem, ut mihi operi ferat, iustum vestrum & rectum appellanti iudicium: & inbeat ad vos accurrere, & ostendere meam doctrinam vestigia Apostolica* se-

**VI.** Sed primo Bellarminus calumniatur. Non enim dixit Caluinus in nomine Christi congregati, esse präsidem Christum habere absq; collega. Fateor assertum ab eo id Christi priuilegium esse: quod ne Bellarminus quidem negat: sed iuris verbis hoc Matthei 23, 10. et 1 Corin-

C A P. X.

## *De Convocatione Conciliorum*

**Q**uartum argumentum à Conuocatione Conciliorū. Is penes quem  
ius est conuocandi Concilia, est Oecumenicus Pontifex. At penes  
Romanum Episcopum id iuris est. Ergo is est Oecumenicus Pontifex  
Hardingus contra luellum art. 4. sed. 26. Hayus disputationum li. I. c. 7.  
hoc argumentum leuitet attingunt, confundentes cum iuste confirmari  
di, & irritum faciendi Concilium. Ego vero separo: ut re vera distinctam  
tractationem meritum. Assumptionem Belarminus prolixè confirmare  
conatur cap. 12. lib. 1. de Conciliis.

II Respondeo; utramq; partem Antecedentis esse falsam. Itaq; primo  
negatur maior. Quia exhibitoria Ecclesiastica constat, nullum Oecumeni-  
cum Concilium non conuocatum fuisse ab Imperatore: Nicenum, Ari-  
menense, Co[n]stantinopolitanum, Ephesinum primum, Ephesinū secun-  
dum, Chalcedonense, reliqua, ut probaturi sumus libro proximo. Et ac-  
cedit testis locuples, Socrates in proœmio libri 5. historiæ Ecclesiastice  
etiamque ē tñ̄ βασιλεῖς τñ̄ iστοχωτικαιμαρτινῷ, διὸν αὐθ̄ ἐγένετο τελεῖον  
τε τὸ ἀπόλυτον πεντηκοντάκιον τε τὸν, ē εἰ μετάσημον τὴν αὐτὴν γράμ-  
ματα τεχνῶν τοντα. Imperatorum mentionem propterea fecimus, quod ex illo  
tempore, quo Christiani esse cœperunt, Ecclesia negotia ab ijs pepererunt: atque  
ad eam maxima Concilia de eorundem sententia & conuocata fuerunt, & adhuc  
conuocantur. Testis Hieronymus apologia 2. aduersus Russinum, Respon-  
do, queso, Synodus, à qua excommunicatus est, in qua vrbo fuit? Dic Episcopo-  
rum vocabula: profer sententias subscriptionum, vel diversitatem, vel conso-  
nantiam: doce, quicquid anno consules fuerint, quis Imperator hanc Synodum ius-  
serit congregari. Ergo, si necesse est eum esse Oecumenicum Pontificem,  
penes quem ius sit conuocandorum Conciliorum: tum vero fatendum  
Imperatores esse Oecumenicos Pontifices. Quid, quum omnem longè  
supererit absurditatem, illud potius verum, non esse hanc necessariam Oe-  
cumenici Pontificatus notam.

III. Secundo, negatur etiam Assumptio. Sunt enim Concilia, vel Oecumenica, vel particularia. Hæc à Metropolitanis cogi solent, tum perpetuus vsus probat; tum vltro Bellarminus concedit; vt nihil necesse sit hac parte diutius immorari. Ad Oecumenica quod attinet, si suisset eorum conuocandorum ius peculiare Romano, ergo nec vllus præter eum conuocasset; & ipse omnia conuocasset. Nam quis credat, in ipsis Ecclesiæ initii, subito contra ius fasque tantam rem attentatam: & quidem nemine reclamante: ne ipso quidem Romano? Quin potius proximo libro constabit, non tantum conuocata ab Imperatoribus (quod iam monui) sed etiam ipsa Concilia semper id ipsum esse testata: Romanos etiam Episcopos non semel summis precibus contendisse ab Imperatore, vt fieret conuocatio: nec semper obtinuisse: imo aliquando & locum & tempus assignata esse contra eorum voluntatem. Quæ si non euincant huius conuocationis ius non pertinuisse ad Romanum Episcopum, quid iam firmum, ratumque speiari possit?

IV. Contra tamen Bellarminus disputat: sed primo statu questionis interpolato. Nam olim Iulius II. in Lateranensi Concilio, Sessione i. atque in bullâ in dictio nis. Videbunt inquit, huiusmodi Concilia à soli Romanis Pontificibus esse indicta: & aliter indicta rata non fuisse: Confidentissime. Sed Bellarminus longe modestius: Catholicî, inquit, munus conuocandi Concilia generalia ad Romanum propriis pertinere volunt. At hoc si nude dixisset, videbat se neccatum contra omnium primorum Conciliorum

autoritatem: itaque addidit: *Sic tamen ut possit etiam alius, Pontifice consentiente, indicere.* Nimirum, quia Imperatores olim indicebant: non dissentientibus Episcopis Romanis. Non enim is consensus ita intelligendus, quasi ante conuocationem ab Imperatore Pontifex consuleretur; aut, si consentiret, conuocatio fieret: sed, quia Imperator suo arbitrio conuocabat: & conuocationi iam factae Pontifex assensum praebebat. Ita queritur addit: *Quin etiam satus sit, si dissensionem factam, ipse postea tam habeat, & confirmeret.* Satis caue, ut Jesuitam decuit. Sed videtur ne prudenter suae cause consuluisse? Imo videbunt omnes, in Ecclesiastice historia non hospites. Lesbiam esse regulam, quæ non actiones iustitia ac: omnoda; sed iustitiam potius actionibus attemperet: hoc est, non id factum esse concludat, quia iustum esse potius, quia factum sic Apag ab Ecclesia non iam sophistiken, sed tyrannidem, A hodie, si quis Imperator id sibi sumiceret, ut suo nomine Concilium con uocaret; quas non penas ab eo sumeret Papa? Exemplo est Concilium Mediolanense, à Maximiliano Imperatore, & Ludouico Rego Gallia conuocatum. Imo & quæcunque conuocata sunt, iam ab aliquo seculis: que oportuit multis laboribus à Papa extorqueri, eiusque solo nomine datis literis conuocari: quod olim minime factum. Denique Cusanus, Concordantiae libro 2. cap. 6. *Vniuersalia Concilia de consenu. Romani Pontificis, ac aliorum Patriarcharum per Imperatores sub articulis fidei congregabantur.* Ergo, inquam, velia eo consenu nullum indicium Occu menicatus, vel non est solius Romani. Sed esto tamen. Videamus p-

V. Primum argumentum: Concilium Ecclesie non est legitimum nisi congregetur in nomine Christi, ut dicitur Matth. 18. congregari ad te in nomine Christi, hoc est, ab eo, qui a Christo habet congregandam auctoritatem. At non Imperatori, sed Petro commisit Ecclesiam gubernandam Christus. Et hic refutatur Calvinus qui dicat, illud esse, ita congregari, ut solus Christus praesideat, & nullum collegam habeat, sed omnes subiectos. Negaturque id esse secundum Scripturas: Quia illud, in nomine, ubi que fecerit accipitur, pro ex auctoritate. Ut Mathei ultimo, In nomine meo damoni aefficiantur. Ioannis 5. Ego veni in nomine Patris mei Matthaei 7. Nonne in nomine tuo prophetauimus? Actorum 4. In qua virtute, aut in quo nomine hoc fecisti?

VI. Sed ptimo Bellarminus calumniatur. Non enim dixit Caluinus in nomine Christi congregari, esse præsidem Christum habere ab aliquo collega. Fatoe assertum ab eo id Christi priuilegium esse: quod ne Bellarminus quidem negat: sed iis verbis hæc Matthæi verba exponi, hoc dico apud Caluinum non occurrere. Nam, quum dixit: *Videndum in Concilio, ut Christo nihil derogetur: Eſſe autem ius Christi, ut Concilii omnibus præsideat: tum horum Chriſti verborum mentio nulla.* Sed proximo § negat in Christi nomine eos congregari, qui abieciō Dei mandato, que vetat quicquam addi verbo suo, aut detrahi, proprio arbitrio quiduis statuant. Quod cur non diceret: quam Cyprianus de Unitate Ecclesiæ dixerit, *Quomodo possunt duo aut tres, in nomine Christi colligi, quos constat a Christo, & ab eius Euangelio separari?* Porro virtu doctri facile animaduerterent eo loco Caluinum, docete, non quid sit, sed quid non sit, congregari in nomine Christi. Atidem in Commentariis in eum locum; *Scindum*, inquit, *in primū quid valeat hæc loquutio: nempe ut qui simul congregantur, reiectus omnibus impedimentis, que nos ad Christum accedere non sinnunt, sincere ad eum adspicient, eius verbo se in obsequium eius addicant, & spiritu gubernari permittant.*

VII. Et tamen id ipsum, quo iure reprehendit? Non est, inquit, secundum Scripturas. At primum, quos sum hæc animaduersio? Nam ipse ipse, inquam, Bellarminus disertè totidemque verbis, *Verum quidem est in legitimo Concilio oportere Christum ita praesidere, ut nullus sit ei collega.* Cui igitur negat esse secundum Scripturas? Deinde, cur non secundum Scripturas? Quia ne hæc phrasis eo sensu, nullo fortasse loco occurret? Aegerius argumentum non est demonstratum. Et ea assertio satis invalidatur, si hic solus locus obiciatur. Ad hæc non comparat locos similares. Nam in iis, quos colligit, constanter legitur, *εἰς τὸ ὄντα, vel τὸ ὄντος.* In eo autem de quo agimus, *εἰς τὸ οὐκ.* Nemo est autem Graecus sciens, qui non deprehendat *τὸ οὐκίσθια.* Sancte hæc phrasis non significat id quod vult potius Bellarminus. Matthæi 10. Qui recipit Prophetam *εἰς οὐκός τοι φέρε, in nomine Propheta.* Et 28. *Baptizantes εἰς τὸ οὐκός, in nomine Patris, & Spiritus Sancti.* Ioannis 1. *Iis qui credunt, εἰς τὸ οὐκός, in nomine eius.* Sed neque illa altera, *εἰς οὐκός* spempet. Marci 9. *Quis quis potum dederis vobis poculum aqua, εἰ τὸ οὐκός με, in nomine meo.* Nam Matthæus cap. 10. istud, *In nomine meo, interpretatur, in nomine dicti puli.*

VIII Sed enim, quid est in nomine Christi congregari? hoc est (inquit Bellarminus) ab eo, qui à Christo habeat congregandi autoritatem. Ergo si lesuita credimus, hæc verba significabunt efficientem causam cœtum, non autem formam: hoc est, vnde sit potestas congregandi, non vero quæ sit natura legitimæ congregationis. At hoc est absurdum. Ratio, quia se queretur, nullum Concilium conuocatum ab eo, cuius conuocandi ius sit, errare posse. Nam sic congregatis Christus pollicetur se ad futurum. At ipsi Papistæ concedunt multa Concilia sic congregata posse esse: saltem particularia; quorum conuocandorum autoritatem Bellarminus concedit esse penes Episcopos, Arch'episcopos, Patriarchas. Præterea locus ipse, non est proprie de Conciliis: sed de quibuslibet etiam minimis cœtibus, puta duorum, aut trium; qui facile congregari possunt nullo iubente, nullo vocante: sed ipsi sua sponte. Salmo ipse etiam lesuita sic censet, tractatio 10. partis 3. toni 4 in Euangelicam històriam, Nihil, inquit, de Conciliis celebrandis hic Christus prescripsit: sed ipsum Christianæ unitatis consensum, & communem fidelium orationis efficaciam nobis commendat. Quod si est, profecto eaverba intelligi non debent de aliquo conuocante. Tertio, alii exponunt de forma potius, quam de conuocante: tum veteres, tum recentes. Chrysostom. hom. 61. in Matth. διὰ τοῦτον τὸν οὐρανὸν ἡμεῖς ἐπέβαλλον φίλας τοῦ θεοῦ τούτου πεπιστεύτων ἡδονὴν μετ' αὐτοῖς ιερεψόμενοι. Tale quippe est, quod dicitur. Si qui me habeat causam præcipuam amoris, in proximum; cum so ero. Litanus illud in nomine meo exponit, carissimi uniti.

**IX.** Sed audiamus Hotantium locorum Catholicorum libro 2. c. 17.  
Definiamus quid sit iuxta sandorum Patrum doctrinam, in Christi nomine congregari. Tum statim, Hieronymus his verbis Christi, ad concordiam nos provocari, proposito tam magno premio evidenter interpretatur. Origenes similiter, in Christi nomine congregari dicit, quoque animorum & fidei unitate sibi mutuo consencentur. Chrysostomus addit. parvum esse congregari nisi in Christi nomine, hoc est, ob Christi, tum gloriam & honorem, tum amorem conuentus celebretur. Hilarius item, nomen Christi pacem & charitatem interpretatur. Hec Horatius à Patribus: & alia nonnulla. Sed ipse tandem, Habesigitur Christiane Lector nihil esse aliud in Christi nomine congregari, quam una fide, uno redemptore, unoque consensu, que ad eternam vitam pertinent, mutuo conferre Quid multa Salmo Iesuita, & quidem maiorum gentium, tractauit partis 3. tom 4. in Euagelia. Vide, quales velut esse illas duo, vel tres, quide precariuntur: sunt: nimirum in nomine eius congregatos, hoc est in fide nominis Iesu unitos, & gloriam nominis Iesu quarentes, & necessaria ad salutem, qua in nomine Iesu designantur, postulantes Lucas Brugensis, In nomine meo id est propter me, mea causa qui res facit ad honorem meum. Iansenius: id est propter me, & causam aliquam ad me pertinentem. Vide quam sit infelix Theologus Bellarminus, qui tum à veteribus tum à recentibus, & quidem suis vapulet.

X. Et tamen, ut hoc ipsum concedamus, quod sibi sumus, nihil magis probatum, solum Occumenicum Pontificem, id est, Episcopum Romanum habere a Deo autoritatem cogendi Concilij. Quod si quisquam aggredietur, videat, quibus viribus sustinere possit vetrum Conciliorum imperium, que omnia se ab Imperatoribus agnouerunt congregata ex voluntate diuina. Apud Socratem libro i. c. 6. Ni anci Patres dicunt se Dei gratia & mandato sanctissimi Imperatoris Constantini ex variis ciuitatibus, & provinciis esse congregatos. Ephesini etiam, η αγια συνεδρια (aiunt) η τοις  
Θεοις τοις θεοτοκοις της Σοροσετων η φιλοχριστων ημων βασιλεων συνεργειου,  
Sancti Synodus gratia Dei iuxta decretum pissimorum Christique amantissimorum Imperatorum nostrorum coacta. Nititur, sic indicabatur gratia Dei, causa prima: Imperatoris autem mandatum seu decretum, causa instrumentalis: ut constaret eos gratia Dei coactos, quos Imperator conuocasset. Quid ergo an dicet quis gratia quidem Dei coactos, non vero in nomine Christi?

XI. Verum Tiberio (inquit Bellarminus) non est commissum regimen Ecclesie: sed Petro: & Imperatores oves sunt, non pastores Ecclesie. Non est autem ovium congregare pastores, sed pastorum potius congregare oves.

XI. Respondeo; *Elaia* 49. sic promitti Ecclesiæ, *Erunt reges nutriti ejus*  
*& reginae nutritrices eius.* Est autem nutritiorum, nutritumque etiam regere  
alumnos. Itaque possunt Reges, immo debent operam suam conferre ad  
Ecclesiæ conseruandam; immo & aliquo modo regendam. Propterea iam  
olim David distribuit officia iis qui templo ministrabant: & Socrates  
non ita diu audiuimus testem, maxima Ecclesiæ negotia pependisse ex  
nitu Imperatorum: & re vera multa exstant tum Constantini, tum alio-  
rum Imperatorum edicta de rebus Ecclesiasticis, id est, tum de doctrina,  
tum de rebus ad disciplinam, atque *Orationes* pertinentibus: quæ nemo  
pius culpauit. Et tamen iij successores erant Tiberij. Quid ergo? Scilicet  
duo erant, Imperium ad posteros devolutum; & Idololatria peccatum  
personale. Hæc Ecclesiastica negotia eximit ab Imperatoris autoritate.  
Et quid ni, cum etiam Epi: copus, quod munus est propriæ Ecclesiæ sicutum  
propter hæc sin amoueatur ab Ecclesiæ gubernaculo? Verum ablata Ido-  
lolatria, non in iuriu restitui curam Ecclesiæ. Itaque tum Elias non di-  
xit: *Sunt reges nutriti ejus;* sed erunt: *vt in melius mutat onem indicaret;*  
quasi dicere: Nunc quidem Reges à pietate alieni, etiam hostes Ecclesiæ,  
in eam grassantur: verum erit aliquando, quum conuersi ad Deum, Ec-  
clesiæ curam suscipient. Et Socrates, non dixit semper ab Imperatoribus  
Ecclesiastica negotia pependisse, sed à p' Xerxes et persicis regibus: ex quo Chris-  
tianos esse cœperunt.

XIII. Itaque non sunt simpliciter oves, sed aut ricii Ecclesiae, ac proinde etiam Pastorum Ecclesia: ideoque ne religandi quidem in eundem ordinem cum iis qui tantum sunt oves: Nam hos nunquam quisquam appellari Ecclesiae nutritios. Quo iure autem Ecclesiam nutritunt; eodem etiam pastores Ecclesiae congregare possunt. Nec tamen ingerunt se in munus pastorum: quia congregare pastores non est pascere Ecclesiam: sed prouidere ut Ecclesia recte pascatur. Quemadmodum eligere pastores, ad non pastores pertinet, id est, ad plebem in Vbi si quis dicat: Non esse o- uium eligere pastores, sed pastorum patius eligere oves: ergo neque plebis Episcopum: quis non rideat? Sunt enim in administranda Ecclesia quædam, quæ proprie & proxime pertinent ad officium pastoris, neque cuiquam praeterea permittenda: ut prædicatio Verbi administratio Sacra- mentorum: & si qua sunt similia. In ea non plebis tantum insimilæ, sed etiam Imperatorum, & Regum, nullum ius est: sunt enim oves. & hac ratio- ne pasci debent, non pascere. Sed sunt alia, quæ non per se, neque proxime, sed ~~hac~~ <sup>etiam</sup> & remote pertinent ad regimen Ecclesiae: nempe omnia, quæ nec Maria, ad ea prima vel instiuentia, vel restituenda, & continen- da. Sic electio pastorum, non est prædicatio, non est etiam administratio Sacramentorum, sed est aliquid necessarium, ut prædicatio, administratioque Sacramentorum perpetetur: itaque electionis ius non est eximi- um pastoribus, sed commune cum plebe. Similiter congregatio Concilij, neque prædicatio est, neque administratio Sacramentorum; sed quidam utile, immo etiam necessarium ad eam prædicationem, eamque admini- strationem restituendam in integrum. Quid mirum igitur, si ad alios pertineat quam pastores?

XIV. Hinc ista iam olim, & apud pios Patres, *Pro integritate fidei Catholicae, Christianissimum principem conuenit esse sollicitum*: inquit Leo ad Theodosium Augustum, Epistola 9. Et rursus Epistola 12. *Quantum rebus humana consulere prouidentia diuina dignetur, sollicitudo clementia vestra Spiritu Dei incitata demonstrat, qua in Catholica Ecclesia nihil impacatum, nihil vult esse diuersum: quoniam fides, qua non nisi una est, in nullo potest esse suisimilis.* Audin ab Episcopo, & quidem Romano laudatum Imperatorem, quod sollicitus esset de unitate fidei conseruanda in Ecclesia: At qui hoc iysu Cyprianus dicebat ad Episcopos peritnere, epist. 61. *qua est ad Ste-*

phanum Romanum, Idecirco copiosum corpus est sacerdotum concordia mutua glutino, atq; unitatu vinculo copulatum, ut se quis ex collegio nostro, harenfaceret, & gregem Christi lacerare, & vastare tentauerit, subueniant easteri. Sed & ante Leonem, Theodosiumque Imperator Constantinus magnus eandem suam esse curam testabatur literis ad Ecclesiastis scriptis apud Eusebium de eius vitalib. 3. c. 16. Quum exflorenti & prospéro Reip. statu, quanta sit divinitum numinis erganos benignitas, compertum haberem, r̄t̄m q̄d  
ya nō r̄t̄m in ea etiā p̄ḡt̄m vñne tñm̄. Hunt mihi pra omnibus sine m̄ propositum esse debere indicavi, ut in sanctissima Ecclesia Catholica multitudine, una fides, sincera charitas, & consentiens erga Deum omnipotentem religionis cultus conserueretur. Habet duorum laudarum si m̄orum Imperatorum exempla, quorum uterque Synodus Oecumenicam congregauit, ille Chalcedonensem, hic Nicænam: qui tamen, si Episcopi minus assūpſiſent, laudandi profecto non fuissent. Nimis tamen, aliud est fidem Catholicam prædicare: aliud, prouidere ut prædictetur. Hoc possunt imperatores, Reges, Principes: illud soli pastores.

XV. Pergo ad argumentum secundum. Concilium generale ab coincidi debet ex auctoritate, qui potest omnes cogere. At nullus unquam Imperator rotam Ecclesiam subiectam habuit, quo ad actiones ciuiles, ut etiam habet Ponifex quoad actiones spirituales. Nam Imperatores latissime dominabantur tempore Leonis & Prosperi: & tamen tunc maior erat orbis Christianus subiectus Papæ, quam orbis Romanus subiectus Imperatori, testibus ipsis Leone & Prospero.

XVI. Sed primo Bellarminus suo more principium petit, dum assertib  
oibem Christianum subiecit fuisse Romano Pontifici. Neque id probant testimonia Leonis, & Prospcri. Leo enim tantum dixit Romanum factam caput orbis per religionem Christianam, & latius præsidere religione diuinam, quam dominatione terrena. Vbi hæc præsidentia exponitur illud caput; hoc est, significat, quomodo intelligendum sit Romanum esse caput orbis: nimis ob præsidentiam. Deinde hæc præsidentia, distinguuntur, immo separatur à dominatione; quia constituitur in religione. Itaque intelligenda duntaxat de primatus honore, quo sebat, ut quum unica esset tota ob Ecclesia Catholica, in ea primo loco esset Romana Cathedra. Nec alia meas Prospcri, distinguenter considerante, præsidere armis, & teneare religionem. Tenebat igitur Roma, etiam quod non possit sebat: id est, gentes sibi subditas. Et tenebat: quia enim Ecclesiarum omnium unum est corpus in Christo charitate inuicem cohaerentium: iis omnibus Roma unita erat: et si a nonnullis imperij limitibus distrahatur. Itaque nihil illi def. biectione agunt.

XVII. Secundo, ad cōgendum Concilium, non est opus autoritate coactua. Nam in Concilio Niceno interfuerunt Scythæ & Persæ; in quos Constantino nulla era autoritas: & tamen eius Conciliis congregati iaus in solidum Constantino tributur. Eusebius c. 7. libri 3. de vita eius, post enumerationem omnium prouinciarum, è quibus euocati venabant Episcopi, Ta. em coronam solum ex omni præterite etatis memoria unus Imperator Constantinus, pacis vinculo ad Christi gloriam deuinxit. Et quo Servatori sus gratias ageret, stud eximium viuere ab hostibus & inimicis parta monumentum obtulit, effigie echori. Apostolice pulcro in hoc nostro conuenienti expressa.

XVIII. Tertio, P. pa nullam habet in omnibus coactuum autoritatem. Non debet igitur indicere Concilia. Probarat antecedens: quia non maiorem habet autoritatem quam Ap̄stoli: at his dominat: si fuit interdicta a Christo; ut alias docu. mus Deinde ipsa experientia. Nam Theodoretus histo. i. libro 5. c. 8. refert Episcopos Orientis Constantinopolis congregatos, accepisse literas à Concilio Episcoporum in Occidente coactorum, quæ illos hortabantur, ut R̄mam, ubi iam maximus Episcoporum cœtus congregatus erat, accederent. Quid inde factum? Audite, videte, quanta cum temporis esset Damasi (nam i. tum Papa erat, & scripsit) autoritas in cogendis Episcopis, tñ dñm quas et ap̄p̄nōw, ος εν εχεστερι, Tam longum iter suscipere, quum nihil inde lucris facturos parent, omnino recusarunt. Et erant tamen non haereti. i. non schismati, sed virti magni & sancti. Ex his duo constantiprum, Episcopum Romanum non mandasse ex autoritate sua, ut venirent, sed tantum hortatum esse: secundum, vocatos noluisse proficisci: & contra illum iudicari id itineris nulli vlti esse. Quid? quod etiam hoc nostro seculo ostensum est, non posse Episcopum Romanum cogere omnes Episcopos? Nam ad Tridentinum Conciliabulum, non accesserunt Episcopi Galli, quan-  
dū vi-xit Henricus secundus, & Franciscus secundus: tandem &, vix tandem permisit Carolus bonus.

XIX. Quarto, ut et ceterum est, nunquam Imperatori subiectum fuisse totum orbem Christianum: sic ad Concilia Oecumenica, non accessisse eos Episcopos, qui erant extra orbem Romanum, certo certius est, si unum excipias Nicenum, in quo recensendo, Eusebius unum Persidis Episcopum nominat, & alterum Scytham Liber autem querere, si Romanus Episcopus Concilia congregauit auctoritate sua; & ei fuerit omnis Ecclesie auctoritate subditæ, qui factum sit, ut ad eius mandatum nullus unquam accesserit Episcopus ex iis Ecclesiis, quæ non erant in orbe Romano? Quarto rursum, quare post distractiosem Imperii, nullum est factum vere Oecumenicum Concilium. Nam quoquot facta fuere, solo habuerunt Latinos Episcopos: præter unum Florentinum; quo tamen Graecos venire sequuti Imperatore suum, & Patriarcham, non autem ex mandato Papæ. Et quidem, non ut unius Concili corporis: in quo suffragiorum numerus vincit: sed ut partes diuersæ, quæ communis collatione conciliarentur.

XX. Tertium argumentum: Concilia provincialia indicentur a Metropolitano, & Nationalia, a Primate, vel Patriarcha. Igitur Concilia generalia non ab Imperatore, sed a summo Pontifice indicenda sunt. Nam si Imperator indicere deberet generalia Concilia, deberet et Rex, aut Dux, aut Magistratus ciuilis indicere Concilia Provincialia, vel nationalia.

XVI. Respondeo: primo contra vsum antiquum Ecclesie distinguo: Concilia prouincialia à nationalibus, & Archiepiscopos à Patriarchis. Ceteri antiqui Canones m̄inorunt tantum Conciliorum regis in eis inscripti. Sed is error alio pertinet.

**XXII.** Secundo, dicimus non tantum Generalia conuocata esse  
Impe.

LIBER DECIMVSTERTIVS. CAP. X.

25

Imperatore, sed etiam plurima particularia à Regibus; qui singuli in suis  
regnis videbantur exprimere velle Imperii imaginem. Sic Carolus Ma-  
gnum anno 794. apud Reginonem, Congregauit Synodum magnam  
Episcoporum Gallorum, Germanorum, & Italorum, ubi fuerunt missi Apo-  
stoli, Theophilus, & Stephanus Episcopi. Et annis viginti postea, Concilia ins-  
tucius super statum Ecclesiarum per totam Galliam ab Episcopis celebrata sunt:  
quorum unum Moguntie, alterum Rhensis, tertium Turonis, quartum Cabal-  
lonis, quintum Arelate congregatum est: & constitutiones, qua in singulis facili-  
bus ab Imperatore confirmatae sunt. Et in Gallia saepè Aurelianensis Con-  
cilia II. initium: Quum ex preceptione gloriissimorum regum in Aurelianen-  
sis urbem de observatione legis Catholica irataturi, Deo auxiliante sancti  
Patres conuenirent. Auctnensis, Apud Ecclesiam Auernam quum in Dei no-  
mine, congregante S. Spiritu, consentiente Dominogloriosissimo pioq; rege Theo-  
doro, in Auernam urbem S. Synodus conuenisset. Aurelianensis quinti, Cle-  
mentissimus princeps triumphorum titulus inuitus summus Dominus Childebertus,  
quum pro amore sacrae fidei studiò religionis in Aurelianensem urbem congre-  
gasset in unum dominos sacerdos. Ecce in Synodo Francica sub Zacharia Pa-  
pa, In nomine Domini nostri Iesu Christi, Ego Carlemannus dux & princeps  
Francorum, anno ab Incarnatione Christi 742. 11. videlicet Cal. Martii, cum  
consilio seruorum Dei, & optimatum meorum, Episcopos, qui in regno meo sunt,  
cum presbyteris ad Concilium & Synodum proximore Christi congregauit.

XXIII. In Hispania haud aliter. Concilium Toletanum III. Quam pro  
fidei sua sinceritate glorioſiſſimus princeps (Richardus) omnes regiminis sui  
Pontifices in unum conuenire mandasset. Toletanum IV. Dum ſtudio amoris  
Christi, ac diligentia religioſiſſimi Siſenandii regis Hispania, atque Gallicia, sa-  
cerdotes apud Toletanam urbem in nomine Domini conueniſſimus, ut eius im-  
perii atque iuſſis commoniſſi, à nobis agitaretur de quibusdam Eccleſia discipli-  
niſſ tractatus. Sic Bracarenſe primum & ſecundum ex p̄cepto Ariamiri:  
Toletanum octauum Recethunthi congregatum. Sic Toletanum XI.  
poſtquam defleuit, quod ante id tempus non f. iſſet adunandorum pon-  
tificum vlla p̄ceptio: tandem exultat, quod ſui aggregandi huius  
principis Wanbani facultas data eſſet; Epifcopique tandem, diuinæ vo-  
luntatis imperio, & religioſi principis iuſſu, euocati in Toletanam ur-  
bem conueniſſent. Quid multa? Toletanum duodecimum, Eringii iuſſu  
celebratum ſeſe profitetur. Possunt alia exempla conquiri. Vide Cu-  
ſanum de Concordantia Catholica cap. 9.

XXIV. Quin ipse Gregorius Romanus agnouit id iuris, qui Theodoricum regem adhortatus est, ut Synodum cogeret, Epist. 14. lib. 9. Itaque, inquit, excellētia vestra Dei nōstrī mandatis inhārens, studium ad congregandam Synodum pro sua mercede adhibere digneatur, ut omne à Sacerdotibus corporale vitium, & Simoniaca heres, quæ prima in Ecclesiis iniqua ambitione surrexit, potestatis vestra imminente censura Concilii definitio tollatur, & abscissa à radicibus amputetur. Et disertus Epistola præcedente: Iterata vos pro vestra magna mercede adhortatione pulsamus, ut congregari Synodum inbeat. s.

XV. Tertio, in argumento nullav's est consequentia. Et si enim Metropolitani & Patriarchæ conuocarent concilia particularia; tamen non est propterea Ep' Scopi Romani conuocare Oecumenica. Ratio, quia ipse etiam erat Patriarcha: ac proinde autoritate praeditus conuocand particulis Concilii, ut reliqui. Quomodo etiam non nulla conuocasse legitur. Et quum Canones caueant de conuocatione particularium, eamque curam velint spectare ad Metropolitanum, tum nullivsquam leguntur, qui idem iuris Romano tribuat in vniuersalia. Nec vñquam Romanus sicut omnibus Episcopis prælatus, ut Metropolitanus suæ prouinciae.

XXVI. Iam quod Bellarminus addit: quod, etiam si non esset Romanus Pontifex verus princeps & Monarcha Ecclesiasticus, sed solum primæ sedis Episcopus, seu primus inter primarios Patriarchas adhuc ad eum pertinetius indicendi Concilia generalia: quia primates non imperant, propriæ Episcopis, & tamen iure suo iudicere possunt Concilia, quia primatum locum tenent inter Episcopos nationis suæ. Respond.: o: primates non suo iure, i.e. quia primates sunt conuocare Concilia, sed quia ita statutum politiæ gratia. Alias, præter eos nemo ea conuoca: et: quum tamè probatum sit, sepe a regibus congregata: At vero nihil est hiusmodi statutum de Rom. Pontifice. Itaque, nec suo iure, nec ex constitutione, eam sibi auctoritate vindicare debet Praeterea Patriarchæ & Metropolitanæ, non tantum primis, sicut inter Episcopos, sed iis etiam cura est totius Provinciae comparsa: ut non magis absq; eius sententia comprovinciales quequam agrediantur; quam ipsæ absq; reliquorum. At Episcopus Romanus tantum primus est inter Patriarchas, nec illi commissa est reliquorum Patriarchatum, aut totius mundi cura. Quum igitur comparentur dissimilia, non potest legitime concundi.

XVII. Ad hæc Bellarminus hoc ipsa assertione, argumenti propositi im eneruat: quo concludebatur ex conuocatione Conciliorum Oecumenicorum Occumenicus Pontificatus. Quasi hoc substrato fundamento: Quicunque ius habet conuocandi Oecumenica concilia, is est Oecumenicus pontifex. At hoc axioma Bellarminus nunc negat esse necessarium, quia dicit sufficere, ut sit patriarcharum primus.

XXVIII. Argumentum quarum: ex antiquissimo Canone, quo statuit præter sententiam Romani Pontificis non posse Concilia celebrari. Quem Canonem Apostolicum esse scribit Macellus Papa in Epistola ad Episcopos Antiochenæ provinciæ. Eundemq; renouavit Concilium Nicænum, ut testatur Synodus Alexandrina ad Felicem. Et Iulius I. in ea epistola ad Episcopos Orientales, cuius meminerunt Socrat. li. 2. c. 13, Sozomenus lib. 3. cap. 9. & Nicephorus libro 9. cap. 5. Quod si absque Romani Pontificis coensem non licet Concilia celebrare: sequitur, eius potissimum esse illa conuocare.

**XXIX.** At nos primum negamus reste concludi. Nam Cusanus dicebat. *Vniversalia Concilia de consensu Romani Pontificis, & reliquorum Patriarcharum per Imperatores congreganda. Vbi vides primo id fuisse non soius Romani Episcopi; deinde consentire quidem Romanum, sed Imperatorem conuocare. Cum non ergo ineptissime dicatur eiusdem esse conuocationem, & conseruari libenter conficer possit, quam non*

debuisse eum, qui conuocaret Concilium, puta Imperato-<sup>m</sup>, omittens  
consensum Romani Episcopi, aut etiam ne hoc quidem. Non enim ja-  
gunt de conuocatione, sed de celebratione. Itaque non reuebatur postu-  
lare consensum eius in conuocando; sed in celebrando; id est, oportuisti  
eum vocari, ut interesseret Concilio, dum celebraretur.

X X X . Sed secundo negamus, nullum in qua ciuiusmodi fuisse canonem  
Et sane testes, vel fictitijs suor, vel aliud dicunt. Nam Marcelli Epistola so-  
lis qu. at fucum facere pueris, quibus perinde est aurum cum aurichal-  
co. Prolixa satis: sed dimidia sui parte, merus cento, in quo describitu-  
fere totum caput tertium Epistolæ Iacobi: cui subiicitur ex priore Petri  
magna pars capitinis primi: tum ex 4. ad Ephesios non pauci versus. Et tan-  
dem redditur ad primam P. tri., ap. 4. quomodo sanus quisquam nunquam  
scriptis. Ad extromum, Consules adduntur Maxentius & Maximus: qui  
nulli fuerunt. De Epistola Synodi alexandrinæ ad Felicem alias dictum  
Sed & de Iulij Ep stolis.

XXXI. At vero, quæ apud Socratē verba Iulij leguntur: sic habet Græcæ, ὁ Ιωάννης οὐαῖς διοῖς αὐτοῖς φαῖς (sic enim lego, non τάπερ φαῖς) αὐτῷ τῷ εἰς τὸ μῆνας τὸ εἰσαγόμενον τὸ παρόντα πεντηκονταετίαν διόνυσος τὸν αὐτὸν γένοντας, τῷ ἐκκλησιαστικῷ γενοῦ καὶ διονύσῳ, μηδὲν παρέγγειλο τοῖς πιστοῖς Πάπιαν γενοῖς τοῖς ἐκκλησιασταῖς, Iulius ita qui apud Antiochiam congregati erant respondens, accusabat primum quidem literatum ab iis scriptarum insolentiam: deinde quod prater Canones facerent non vocantes eum ad Synodum, cum Ecclesiasticus canon præcipiat prater Romani Episcopi sententia non oportere, γενοῖς τοῖς ἐκκλησιασταῖς. Quid autem sit illud γενοῖς τοῖς ἐκκλησιασταῖς queritur. Nam Cassiod. in Tripart. li. 4.c. 9 reddidit, Non oportere prater sententiam Romani pontificis concilia celebrari at Magdeburgenses. Cœatur. 4.c. 7. titulo de Politia Ecclesiastica, interpretantur, Ne quæ canonice deducetur Ecclesia. Idem vero Cassiodo. us, cap. 19. Prater Romanum nihil decernit pontificem. Et ab hoc non procul discedens Christopherus sonus, apud Socratem cap. 5. Non oportere absque sententia Episcopi Romanorum decreta Ecclesiæ sancire. Et cap. 13. Non decreta ab alijs sententia Episcopi Romanorum sanciantur. Potest manifestum est valde allucinatos esse Magdeburgenses & id nos Bellarmino concedimus. Sed quid Cassiodoro venerit in memorem vi γενοῖς dicaret, celebrare concilia, videre non possumus: et si nō mirum leuitas ab eo peccato non posse abstereri. Sunt enim ex eo generi hominum, qui vel è flamma victum querent.

XXXII. At facile fuerat ex ipso contextu lensum verum elicere. Nam queritur Iulius se non fuisse vocatum ad Synodum. Quænā vero hæc est iudicis infirmitas, vt nihil grauius dicam, propterea te queri non vocatum, quia canon prohibeat ab alio quam à te Concilia conuocari? Deinde, agitur de Concilio Antiocheno: hoc est, non Occumenico, sed particulari, Episcoporum Ægypti. At hoc genus Conciliorum Bellarum in ipse concedit posse conuocari à quolibet Patriarcha, & Metropolitanando eoque etiam celebrari: & ipse vobis fidem facit: nisi una litura velimum infinita Concilia inducere in omnibus orbis patribus celebrata: vbi neque viro nequam dñe Romanus non posse fecerit.

XXXIV. Itaque non aberrauit à vera sententia Calvinus, cum dixit, ex lege id solum clisci, debuisse vocari ad synodum, etiam Romanum pontificem, qui erat vox ex præcipuis Patriarchis. Quod sane consummari potest ex synodo Nicæna secunda, quæ actione sexta asserit non fuisse vera synodus illam sub Leone celebratam, quoniam non habuit cooperarium Romanum Papam, nec illius Sacerdotes, nec per Vicarios, nec per provinciales literas, quemadmodum fieri in synodis debet. At si ita esset, inquit, Bellarri unus, tunc etiam potuisse fieri Canon, ne præter consensum Episcopi Alexandrini, vel Antiocheni cogeretur Concilium. Respondeo, de his Canonibus nihil haberi, nisi ex literis Romani Pontificis, qui facile potuit ius alienum dissimulare, suum venditare. Nos autem credere nullum eiusmodi Canonem existimare: sed in consuetudine fuisse. Eam autem consuetudinem etiā reliquis Patriarchis fuisse. Itaq; Cuanus de Concordantia catholica libro 2. c. 3. disputat ex quinq; patriarchalibus sedibus plenum versusale Concilium colligi. Et saepe synodus Sardicensis non numeratur inter Occidenticas, etiā conuocatio facta si in eum finem, nec causa alia reddi potest, nisi quod soli Episcopi Occidentis concenserint, absque ibus Orientalibus, hoc est iis qui pertinebant ad curam Alexandrini & Antiocheni. Denique quicquid sit de aliis Patriarchis, etiā men verbali huius nihil aliud significare possunt, quam quod dictum est: propterea valde est importunum ea alio detorquere, hoc prætextu, quia quodnam seruitius reliquoram non constet, sidem veribus

XXXV. Quintum argumentum. In Concilio Chaleedoniensi act. 1. Doctor scors A. exandrinus subetur non sedere inter Episcopos, eo quod syo dum facere aulus failler sine autoritate Apostolica sed s. Quod nunquam licuit. nunquam factum est. Et simile quiddam haberet in Concilio septimo generali actione 6. vbi irritum iudicatum est Concilium quoddam Constantinopolitatum, quia sine consensu Romani Pontificis coactum fuisset ab Imperatore.

XXXVI. Respondeo, in Concilio Chalcedonensi ea verba non esse Synodi ullum decretum, sed Paschalini & Lucenij legatorum Episcopi Romanii sententiam. Recte autem Iustinianus Imperator in edicto de fide Orthodoxa. Πολλάκις πατέρων της συνοδίου περὶ τοῦ εἰς αὐτῶν δογματικού λίγεται, ἡνὶ τροπωράδεσσι, ἡνὶ οὐαλίσσεται, ἡνὶ αὐτοῖς Σαρπηδόνιοι dicuntur à quibusdam presentibus, vel per fauorem, vel per odium, vel per impro- dientiam. εἴδεις τὸ τροπωράδεσσι μήποτε περὶ τοῦ λεγόμενοις ἀδελφοῖς τοῖς εὐ- καρποῖς συνεργεῖσι περὶ πάντων οἰχομένοις. Nemo autem attendit ea, que par- ticularim à quibusdam dicuntur: sed sola illa qua ab omnibus communis

*consensu definiuntur.* Quis dubitat autē eos legatos fuisse Romanæ sedi? Aduersatos etiam fuisse Diocoro? ut ergo *avocas* condonemus; tamen illæ satis legitimæ causæ sunt, vt ne aut s. ncti iudices, aut locupletes testes sint in hac causa. Itaque in eadē Synodo, non obtinuerunt quod volabant; vt non sederet Diocorus inter Episcopos.

XXXVII. Secundo, quid est, absque consensu Episcopi Romani Synodum facere? Nam aut illi mentiti sunt, aut Bellarmino sententia est falsa. Docuit enim nos Bellarminus, Synodi conuocationem ratam esse si cōuocationi consentiat; imo si iam factam postea approbet. At agebant illi legati de Synodo Ephesina 2. quæ *antecan* dicta est: quæ nec conuocata est à Diocoro, sed ab Imperatore, & habuit consentientem Romanum Episcopum; imo vero autorem: multis enim precibus ab Imperatore eam extorserat: denique approbatorem missis legatis.

XXXVIII. Quod de septimo Concilio citat, id est Nicæno secundo, primo est etiam dictum particularē Ioannis Cancellarij contra Gregorium Neocæsariensem. Deinde, non fide literū recitat, *Quomodo*, inquit, magna & uniuersalis, in quam vñq; omnes conseruunt, & reliquarum Ecclesiārum prefēti non admiserunt, sed anathemate eam deuouerunt? Non habuit cooperarium, vt hac quæ nūc celebratur, Romana. Papam, neq; illius Sacerdotes, neq; per Vicarios, neq; per prouinciales literas quemadmodū fieri in Synodis debet. Quinetiam neq; concordantes sibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinū, inquam, Antiochenum, & urbū sancta summos Pontifices, neq; cum illis etiam mystas, & Sacerdotes. Aduerte geminum Bellarmini peccatum. Primo, Ioannis sermo non est de conuocatione eius Concilij, factane sit, an non absq; autoritate Romani Pontificis: sed potius de eius Concilij, quomodo docunque conuocati autoritare: hoc est utrum plenarium & vniuersale dici debeat, an vero particulate: negat autem vniuersale, & negat hoc argumento, quia non habuit cooperarium Romanum Papam, nec per literas, nec per vicarios. Itaque sensus est, ci Concilio conuocato ab Imperatore, nō interfuisse Romanum Episcopum, non assensum suum p̄buisse. Quod eo magis patet, quia nominantur vicarij: non solerat rem Concilium conuocari per vicarios. Secundo, solum Episcopum Romanum Bellarminus nominat: quum tamen ei Ioannes ille addat primū eius Sacerdotis, id est, omnes Latīnos Episcopos; deinde reliquos Patriarchas: vt sciamus æque eorum ac Romani consensum desiderari in Oecumenica Synodo.

XXXIX. Sextum argumentum: Ex Concilio Romano quarto sub Symmacho: in quo, quum Rex Theodoricus diceret se Synodū conuocasse, responderunt Epi copi omnes, à Papa, non à Rege debuile vocari. Rex vero ait, se ex voluntate, & consensu Pontificis Synodum conuocasse: Episcopino prius acquieuerunt, quam Rex literas Pontificis proferret, & pontifex ip̄s se præsens restaret ita esse.

XL. Atqui, hoc Concilium erat particularē ex Liguria, Amilia, & Venetiis: nobis autem de vniuersali negotiū est. Sed & exemplum est particularē: enī cur non alia plurima opponantur? Nam antea ostendimus lucisse principib⁹ conuocare Episcopos suarum ditionum, id est, ad Synodum particularē. Et verum quidem à Rege dictum, ip̄sum Papam in colligenda Synodo voluntatem iūam declarasse: sed nihilominus, tum Synodus ipsa dicitur in actis, *ex pracepto gloriissimi regis Theoderici diuersis regionibus congregata*, & ipse Symmachus ingressus, gratias egit regi pro conuocatione Synodi, & testatus est se eam desiderasse. Vnde facile est concire: e autoritatem conuocationis fuisse penes regem, & tantū cōsensum penes Papam. Quid? quod Concilium maxima ex parte compositum fuit Episcopis ab ipso Symmacho inuitatis perfricti & fionis adulatoribus? Nam inuitatos à Symmacho cōqueruntur Clerici Romani, nec crimen bene purgat Quod. us. Adalatores autem fuisse, quis non coniiciat? primo, quia ip̄s accusati autoritate contendunt debuisse Synodū conuocari. Deinde execentu. Nam absolutus fuit Symmachus absq; villa cœsa cogitatione: ne Sacramento quidem interueniente. Quod factum, tum aliis rationibus, tum hac sunt excusare conati, quia erū forte aliquid esset in Symma ho imbecillitatis, ea tamen beati Petri meritis compensatur. Quidigitur mirum hos egregios viros, statim ab initio Concilij suę adulationis signa edidisse: Aut cur nos horum magis moueamur auctoritate, quam Orientalium, qui apud Socratem lib. 2. c. 11. testantur, non debere si quos Ecclesia illi elecissent, de iis à Romano decerni? Nam si hi peccarunt odio, ( si tamen peccarunt ea in re) certe hos & coarctationem non permisit *anagnorim̄*; eivq;

XLI. Septimum argumentum; ex testimonio antiquorum Pontificum. Nam Leo ad Turbium epist. 93. *Dedimus literas* (inquit) *ad fratres & Coepiscopos nostros*, eisque Concilium Synodi generalis indiximus. Pelagius II. epist. 1. ad Orientales: Generalium Synodorum conuocandi auctoritas Apostolica sedi B. Petri singulari priuilegio tradita est. Sixtus III. epistola ad Orientales, *Valentinianus Augustus nostra auctoritate Synodum conuocauit*. Adrianus II. ad Basiliū Imperat. quæ Epistola lecta est in octaua Synodo, a cōtione 1. *Volumus per tua pietatis industrias Constantinopolis numero sum conuocari Concilium*.

XLII. Respondemus, primo Pontificum Rom. & quidem non vnuostisimorum, non esse authenticum testimoniū in propria causa. Nam hos sibi impensis fuisse, qui nescit, hunc necesse est historiam nescire. Deinde ad singula testimonia: Leo non loquitur de Synodō vniuersali: sed tantum de particulari ex Episcopis Tarracōn. Carthaginensib. Lusitanis & Gallicis. Nam quod generalem nominat, intelligendum de iis ipsi p̄uinciis; vt ne singula seorsim suas faceret Synodos, sed omnes simul vnicam. Pelagius I. tum scripsit, quum vigeret illud ambitiosum certamē inter Romanū, ac Constantinop. atq; adeo hoc ipsum, ex ea æmulatione: *Relatum est*, inquit, *ad Apostolicam sedem*, *Ioannem Constantinopolit. Episcopum*, *vniuersalem se subserbere*, *iosque ex hac sua præsumptione ad Synodum conuocare generalem*: quum generalium Synodorum conuocandarum (sic enim lego) auctoritas Apostolica sedi B. Petri singulari priuilegio sit tradita. At nos minime decet ambitiosum hominum arbitrio huc illuc ferri? aut ex eorum audaciā pronunciare: sed ex rerum veritate, Sixtus III. loquitur etiam de Synodō particulari quadam, quæ coasta est, adipisci causam cognoscendam. Adrianus III. his omnibus est recentior: Itaque exigui-

am autoritatem meretur. Et tamē nihil habet qvalde vrgeat: *Bruxellæ* (sic enim edidit Raderus) *Aḡr. 2. iuxta p̄cas d'oeuvres au vñq; cor d'assemblée c' l'assemblée de l'ordre ouvrière du 16. avr. Volumus per vestre pietatis industrias Constantinopoli numero sum celebrari Concilium.* Quid hinc aliud, quam contentum re conuocanda Synodo, conficitur, non autem conuocate?

XLIII. Octauum argum Valentianus Imperator, quum ab Episcopis rogaretur, vt permitteret eis Concilium celebrare, respondit, *Mibi, qui sum in sorte plebis, fas non est talia curiosius perscrutari: Sacerdotes quibus ista cura sunt, quoq; votu:nerint loco conueniant. Refert Sozomenus libri lex. ti, capite septimo.*

XLIV. Respondeo, detorqueti Valentianus id dictum. Nam is, quoniam dicitur non debere talia curiosius perscrutari non intellexit sui iuris non esse Concilia cogere; sed tantum non debere decisionem doctrinæ sibi arrogare. Nam de doctrina illi loquuti erant, postulantes: *in legibus oportet hinc iurius proprium esse*, ut potestatem faceret in unum conueniendi, ad constitutionem doctrinae. Prinde non simpliciter responderet, quoq; uniuersint conueniant: Sed *eḡr. F. cuiuslibet opere plenaria etiam ratiōne: Seorsim ubi voluntarient conueniant*: vt testaretur le non interfuturum: interea tamen, quam p̄tererent veniam concedere. Quare hinc constat; non ausus esse Episcopos conuenire, non postulara venia ab Imperatore. Et tamen de Concilio particulari agebatur: quod statim post congregatum est Lampacē. Deniq; quid hoc ad causam Rom. Episcopi? An si noluit Imperator interesse Concilio Lampaceno, statim sequitur, non posse ullum Concilium cogi, nisi auctoritate Romani? At hoc ipsum Lampacenum coactum est ita, vt auctoritatis Romanæ nulla fiat mentio.

XLV. Nonum denique argumentum, ex multis canonibus, qui habentur apud Gratianum, dist. 17. Item ex multis rationibus, quas colligit Ioannes de Turrecremata, in summa de Ecclesiā lib. 3. cap. 6. & ex Concilio Lateranensi vñimo sub Leone decimo, sessione II. vñbi assertur, Romani Pontificis esse generalia Concilia indicere.

XLVI. At Gratianus omnes canones sumptis à Pontificibus Rom. in quibus sunt Julius, Pelagius, Symmachus, de quibus quid opus est iterum dicere? Et est Marcellus: at quis Deus bone! Is qui singitur scriptis ad Maxentium tyrannum, epistolam insulsam, ineptam, ridiculam. Et quidem Maxentio & Maximo consilibus: de quibus ante dictum Habebant sane sibi similes labra laclucas. Est & Damasus, afferens nulli licet ea usurpare, quæ soli Romanæ sedi sunt concessa: quod quidem infans sit, qui neget: sed in ea numerati Synodorum conuocationem, erat auditum ancē in uectam Oecumenicam tyrannidem. Est denique Gregorius nescio quis, quanquam editio noua Gregoriana censeret esse Pelagium. Sed is quiunque sit, magno fastu magnum mendacium pronunciat. *Nec licuit alicui aliquando nec licet particularem Synodum congregari.* Enī tibi pontifices Romanos! Ecclesia si credere fas est, columba!

XLVII. Quod ad Ioannem attinet de Turrecremata; cum fateor non nullis argumentis conari hoc ipsum confidere, quod vult Bellarminus: sed eorum quædam ipse Bellarminus produxit in medium: & nos iam refutauimus Reliqua pauca sunt: nihilq; saniora. Capite 14. primi Macabæorum, populus concedit Simoni Sacerdoti magno, vt conuentus sine ipso non fieret in regione. Vbi non aduerit concilium id fuisse à populo, multis annis post instiūtum lumen Sacerdotium: itaq; non esse de iure diuino: & concilium non Sacerdotio, sed Simoni: itaq; esse personale priuilegium: & deniq; non possit communicari Rom. Pontifici: quia constat aliquos conuentus, saltem particulares Synodos, celebrati posse absque eo. Tum sequuntur aliquot petitiones principij, id est, argumenta, quæ ponunt pro certo & probato, Rom. Episcopum esse Occum. Pontificem: quod iterum, & prolixius refutare, nihil aliud sit quam merae nugas agere. Postrema ratio est, quod si non soli Romano hæc auctoritas permittitur, facillime schisma oriri posset. At primo contra constat, Synodos conuocatas ab Imperatoribus extinxisse multa schismata: & constat Synodos conuocatas à Roman. Pontificibus excitasse, aut certe non extinxisse. Et denique obiectio incommodi, non est legitima argumenti solutio. Nam quid si contra dicam, periculum esse tyrannidis, si soli Romanū permittratur?

XLVIII. De Lateranensi Concilio, non est quod multa dicam. Totum fuit Antichristianum: fuit nouissimum; at nobis, nunquam, nunquam Ecclesia nouissima tempora legem præscribent. Nam mendacium de posteritate præscribitur.

## C A P . XL.

### De Confirmatione & Infirmatione Conciliorum.

I. Ergo conuocatio Conciliorum nullum priuilegium est Rom. Pontificis. Quid confirmatione? quid Infirmatio? Nam hinc quintum argumentum pertinet Papistæ, vt tyrranidem stabiliant: quasi dicant: *Ip̄sines quem iūs est confirmandi, & infirmandi Concilia*; tam Oecumenica, quam particularia, est Occum. Pontifex. At id iūs est penes Episcopum Romanum. Ergo is est Oecumenicus Pontifex. Hoc argumento pugnat Hardingus art. 4. contra Iuellum sectione 20. & 26. Hayus Disputationum libro I. c. 7. Stapletonus in Relectione, controv. 3. quæst. 6. Eminentia probant inductione: Concilium Nic. confirmationem postulauit à Siluestro scriptis literis, in quibus, *Quicquid constitutum in Nicano Concilio, precamur vestris confortio confirmetur*. Constantinopolitan. ad Damasum scribit: *Hū rebus omnibus tanquam legitimate secundum Ecclesiā canones constitutis obsecramus vestram Sanctoritatem ut confirmat*. De Epiphano Cyrilus Alex. scribit Cœlestinum Papam scriptis confona Sancta Synodo, & omnia illius gesta confirmasse. Chalcedonensis à Leone confirmationem efflagitauit: Rogamus (inquit) & tuus decretis nostris honorā iudicium; & firmitas tua filii quod decet, adimplat. Epiphane Leo ad Pulcheriam: se, quæ illic de fidei erant regula definita firmasse. Constantius denique

**LIBER DECIMVSTERTIVS, CAP. XI.**

26

*deinde Imp. impotune & vehementer à Liberio contendit, ut Concili  
Antiocheni acta confirmaret: existimans alias irrita fore.*

**II.** Respondeo, Concilia olim dupliciter esse confirmata, vel edito, vel assensu. Edito, quum lege facta iubebantur Ecclesiae Conciliorum acta suscipere, atque obseruare: etiam sancta poena contra rebellis. Assensu vero, quum quis testabatur se assenti: e definitis suumque suffragium addere. Et de hoc utroque modo, nunc diligentius agendum, ut solitudo fiat illustrior.

III. Si igitur de priori, qui erat per edictum, intelligatur argumentum, sum negatur utraq; pars antecedentis. Quia nec P. Romanus hoc modo Concilia confirmabat; nec is qui confirmabat, erat Oecumenicus. Prius patet, quia nulla possunt proferri Pontificum edicta, (bullas hodie appellantur) quibus acta villa Conciliorum confirmarint, quemadmodum postea factum, quem inuidit eorum tyrannis.

IV. Quis ergo editio confirmabat? Imperator. Quod probo. Nam Constantini literis ea quae in Nicena Synode constituta sunt, tum de fide, tum de ecclesiastice disciplina, et de ecclesiastice officiis.

de Paschate, perscripta sunt ad Ecclesiás : & apud Theodoratum Historia libro 2. capite 4. Græcæ editionis, Athanasius accedens Constantiæ Imp. tότε πατέρος αὐτοῦ οὐκ, ἐγώ τοι συνεδίξας μεγίστης, λιγὸν δὲ σωτήρας, εἰς τὰς σκέψας γράφεις Θεοφίλου κατινώνων, συμπτυχίαν οὐκέτι : tum patrem ei reuocauit in memoriam, tum Synodus maximam ab eo congregatam, & quomodo  
I. Somadi Patriarche, leviter exane idem pater cui Comitatu-

qua ab eis Synodi Patribus scripta erant, idem pater, qui Concilij fuerat particeps, lege confirmarat. Concilium Constantini primum, sic scribit ad Theodosium: Δέσμοι τῶν Φίλων τῆς ἡμεράς στόχου, γεφύματος τῆς Θεοτείας ἀπικυρωθεῖσαί εἰσιν τῶν Φίλων, οὐ ἀστερ τοῖς τῷ κλητηριασματικῶν ἐκκλησιῶν πεπάντας, οὐ τοῖς τῷ δεῖπνῳ τοῦ φεγγίου τὸ τέλος. Rogamus tuam clementiam, ut scripta misericordia ratum fiat Synodi decretum: quo quemadmodum conuocationis litteris Ecclesiam honorasti, sic & decretorum finem sigillo tuo munias. Et aliquando post tempore, Euagrius lib. 3, ca. 8 recitat à Felice Rom. Episcopo missos ad Zenonem Imp. Vitalium, & Misenum Episcopos, ut eius autoritate Concilium Chalcedonense confirmaretur: εἰφέτεον Χαλκηδόνι σώσοντες κεραυνούς. Ipse etiam Imperator eiusdem Concilij sessione sexta pollicetur se operam daturum, ut quaecunq[ue] pie ac decēter constituta essent, in perpetuum rata manerent. Atque in ultima sessione ipsum synodus alloquens, decretum pro fidei expositione confirmatione postulauit. Et habetur in eius Concilij parte 3. Edictum Marciani. Sacro nostra serenitatis editio venerandam Synodum confirmantes βεβαιοῦντες admonitionis uniuersos, ut dare religione disputatione desinerent. Synodus Trullensis ad Iustinianum. Τὸν δὲ θεοτείαν δέξασθαι τὸν τοιούτον τὴν Θεοφυλακήν τολέσθαι, εἰπεῖ Σὺ τὸν θεοτεῖαν τηνικόν χρονίδας ιμβραστούσιν σωσθρούσιν πατέραν φωνῇσι σοι ωστούγετες, οὐ μάτε τοῖς τῷ κλητηριασματικῶν ἐκκλησιῶν πεπάντας, οὐτοὶ τοῦ δεῖπνου τοῦ θεοτείαν πεπάντας, οὐτοὶ τοῦ φεγγίου τὸ τέλος. Tuam clementiam rogamus, referentes patrum (qui in hac à Deo custodiata ciuitate conuenerunt sub Imperatore nostro pia memoria) voces, ut quemadmodum conuocationis litteris Ecclesiam honorasti, sic decretorum finem per sacros apices confimes. Iustinianus in litteris conuocationis eiusdem Synodi, Prædicti pia recordationis nostri Patres (Imperatores) ea que in unoquoque Concilio iudicata sunt, legibus suis corroborauerunt, & confirmarunt. In sexta itidem Constantinopolim coacta. Flavius Constantinus scribit ad omnes Occidentales: & Nos (inquit) que ab eis definita sunt, corroborare atque firmare cupientes, præiens pium edictum edidimus. Exstat aliquid Iustiniani, in confirmationem actorum contra Petrum & Zooram in Concilio Constantini sub Meo. In ea haec: Αἴρετο τοις ἀποστόλοις, τοῖς ψηφισταῖς αὐτῷ τῷ κριταιστορεών Φίλον ταχεῖται ἀγαπητοῖς τωνδέ, κυριακήν ἡμέραν τιθεται βασιλέα. Propter haec igitur omnia sententiam depositionis in ipsum à Sancta Synodo factam, firmam nostrum reddit Imperium. Et aliquando post: εἰ δέ πηγήτεον τὴν αἰγαλεῖαν ἐπιστολαῖς τοῖς θεοτείαν μίναντες φεγγίου Επιστολαῖς πεπλάσθαι, πολεον δι τὴν τοῦ ποδιμοῦ, η τοῦ Ζεύς η βασιλικῆς ἡμέρας αἰτιενόντος ἐπικυρῷ δρόμῳ, ὡς αὐτοῖς ταχεῖται βασιλεῖας αἵτης τοσελήνης τοῦ ζεύς. Si quid vero aliud in sententia sanctissimorum Episcoporum continetur, qua prædictos deponit & anathematizat, hoc firmius readimus, & diniū ac Imperialibus nostris legibus ipsum corroboramus, ac si ab Imperio nostro pronenisset. Solebant igitur Imperatores ἐπικυρῷ Εἰποφεγγίῳ, η βασιλεῖαν corroborare, confirmare, Synodorum acta. Quare propositi Syllogismi major est falsa: nunquam enim illus Imperator fuit Occum. Pontifex.

V. Nam quod Stapletonus, Imperatores confirmasse potestate facti, non iuris, id est per modum executionis, non iurisdictionis; quoad consuetudinem, non quoad institutionem: quia illorum edita facient servaritatis decreta, sed non faciant vim legis habere, aut fideles obligare, hoc inquam frustra est.

VI. Nam primo, sic indicatur imprudenter concipi argumentum, in quo simpliciter confirmation nominatur, non specialiter hoc illudve confirmationis genus. Erat autem concipienda: Quicunque confirmat Concilia per modum iurisdictionis, est Occum. Pontifex. At vero nullus est eorum, qui hoc argumento sunt vni, cui huius strophae in mente venit: non Hayus, non Hardingus, non Posnanientes, non reliqui.

VII. Secundo, negatur tantum factio, non iure confirmasse Concilia. Nam si potestas iuris, est per modum iurisdictionis, ut explicat ipse Stapletonus: tum profecto Imperatoribus ea negari non potest. Nam iurisdictionis ipsa non potest negari: quia falsum est, quod Stapletonus assertit edicta Imperatorum facere, ut seruentur decreta Synodorum, sed non, vim legis habeant. Nam contra ea edicta utrumque efficiebant. Nisi enim obsernarentur, vim nullam legis haberent; eo enim lex est, ut obseruerit. Quare qui decreta sancit ut populus teneatur ea obseruare, intellegitur eo ipso, ex iis decretis legem facere, efficere que ut ea decreta vim legis habeant. Et sane ob eam causam Athanasius dicebat Concilium Nicænum *vix regnabat hunc*, lege confirmatum à magno Constantino. In Concilio Constantino. sub Menna, statim initio, supplicatur Iustinianus decretum Rom. Episcopi confirmare lege lata: *Aliquis respondeat*. Et vero, si quod à confirmatione Conciliorum peti potest argumentum ad Occum. Pontificatum; hinc aio peti oportere; quæcumque potestas dicatur, iuris, facti: quicunque modus, executionis, iurisdictionis. Quod quia viderunt Romanos, Pontifices, ideo has etiam partes, quæ Imperatorum erat, sibi tandem sumpsere. Pius IV, in bullâ pro confirmatione

tione. Trid. Conciliabuli. *Mandamus in virtute sancta obedientia; & superponens in sacris canonibus constitutis, aliisq; grauioribus, etiam priuationis arbitrio nostro infligendis, vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepisc. & aliis quibusvis Ecclesiarum prelati, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & dignitatis sint, etiam si Cardinalatus honore prafulgeant, ut eadem decreta, & statuta in Ecclesiis suis, ciuitatibus, & diecesibus, in iudicio, & extra iudicium diligenter obseruentur. Et sub finem: Decernentes nihilominus irritum, & inane, si secus super his à quoquam quanu[m] autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Sic igitur hodie Romani pontifices: quibus similia in antiquorum Conciliorum confirmatione nullam reperias.*

VIII. Atq[ue]ni (inquit Stapletonus) quædam Concilia confirmata ab Imperatoribus, nullam vim habuerunt contradicente Episcopo Romano vt Ephesinum prædatorium, quod Theodosius II. acerrim è defendit. Respondeo: ea ipsa Concilia vim legis habuisse sed legis iniustæ: & habuisse, quandiu non fuerint ab Imperatoribus irrita facta. Sic Leo nunquam efficere potuit sola sua autoritate, vt Ephesinum illud *ληστρικόν* antiquaretur. Quam ob causam Theodosium suppliciter rogabat, vt res in eo statu esse pateretur, donec plenior Synodus cogeretur: quod tamen ab eo nunquam potuit obtinere. Sed obtinuit à Marciano tandem; à quo indicet Synodus Chalcedonensis; eiusque acta confirmata atque ita desit Ephesina pro lege haberi.

IX. Alterum confirmationis genus fuit per assensum: de quo si intelligatur argumentum, maior erit falsa. Nam assentiri iis quae decreta sunt, nullam significat potestatem eius, qui consentit in eos qui decer-  
bunt. Et sic confirmabant Concilia suo assensu omnes Episcopi. Apud Sozomenum libro 2. capite 15. Eusebius Nicomediae, & Theognis Ni-  
cæ. Interprete Christophorsono. Si sancti Concilium nostris verbis volua-  
rit fidem adhibere: illa, qua uestro iudicio decreta sunt, non contradicendo im-  
pugnare, sed consentientibus animis confirmare decreuimus, & hoc libello con-  
sensum illum roboramus. Apud Eusebium de Vita Constantini lib. 3. cap. 18.  
Constantinus Imp. scribit ad omnes Ecclesias. Ipse in me recepi uestram sa-  
pientiam facile assensuram: vos videlicet, quod in urbe Roma, in Italia, in Af-  
rica, in Aegypto, in Hispania, Gallia & Britannia, in Libya, & uniuersa Gra-  
cia, in diocesi Asiatica & Pontica, in Cilicia deniq; una & consentiente sem-  
tentia conseruatur, hoc etiam uestra prudenter libenter approbaturo. Apud Ni-  
cephorum li. 11. c. 40. Concilio Antiochiae Syrorum coacto Nicenam fidem, ut  
scilicet citra controversiam ipsius & consubstantialis Patri filius diceretur, sta-  
biliret atque confirmaret. Et cap. 42. Athanasius Synodi Alexandrinae acta  
scribens Imperatori. Atque etianum (inquit) suffragiis suis, eam (fidem Ni-  
cenam) comprobare omnes que passim sunt in Hispania, & Britannia, & Galilia  
& Germania & Italia omni. Apud Sozom. libr. 4. cap. 1. Athanasius Con-  
cilium Episcoporum Ægypti cogendum curauit: οὐ μη ψήσου τοῖς τοῦ Σα-  
δικοῦ Παλαιστηνῶν αὐτῷ διδύμῳ φίοις. Et suffragiis confirmari, que de ipso decre-  
ta fuerant tum sardica, tum in Palestina. Et eiusdem libri cap. 10. Liberius  
postulauit à Constantio, ut fides Nicæ tradita, subscriptionibus omni-  
num vbiique Episcoporum confirmaretur: οὐ μη τοῖς τοῦ Σαδικοῦ ιπποκό-  
μων νεγκεῖσθαι. Apud Socratem lib. 4. cap. 11. legati Macedoniorum, Con-  
cilia Episcoporum (inquit) recte de religione sentientium, qua Lampsaci, Smyrna,  
alitque variis locis aliquando habita fuerunt, nostro approbamus assensu.  
Cedreus ad tertium annum Leonis Imp. Imperator scribit ad omnium  
provinciarum Episcopos, peti que ut suam quisque de Chalcedonensi Conc. &  
Timoshei ad Episcopatum progressi sententiam perscribant. οἱ τοῦ πατρὸς ψηφοὶ οἱ συ-  
Φερόντων κατέβησαν τῶν τοῦ Χαλκηδονίου γενίων εἰναὶ, omnes uno suffragio & sen-  
su Chalced. Concilium probani. Et vitetur verbo καρπός, quomodo etiam Basil-  
ius Epist. 72. de quibusdam à Synodo Constantinop. damnatis μηδέ τοι  
δεχόμενοι επονέετε κατ' αὐτοὺς λόγους, οὐαὶ τοῖς ἐξεγερθείσιοι ψῆφοις κυρώσεται. Non  
ferentes eos Episcopos (qui ad Concilium conuenierant) loqui, ne contra selata-  
tam sententiam confirmarent. Quin Hispani in Cœcilio Toletano 13. apud  
Baronium anno 683, de actis sextæ Synodi ad se missis à Rom. Pontifice  
Ve predicta Synodalia instituta, nostri etiam vigore manerent autoritate sus-  
fulta. In Concilio sub Menna Constantinop. Actiones. Scribe na  
ad Archiep. Hierosolym. Necessarium putauisna significare charitatem, ut cum  
hac Spiritus S. operatione cognoverimus, επιφεγγεῖτο τῷ λόγῳ τὸν ἀληθέας, verbo  
veritatis confirmet. Et v. etiā in seculari politia eū vsum fuī sic disce ex Polybij  
4. vbi Achæi facto decreto in bellum contra Aetolos. περιεβολεῖται πειλα-  
λον περιεργάτες ουαμέχεται, οὐα περιεργάτες Δεὶς πολεῖται πικυρωθεῖται. Θεόγνω-  
τος; Legatos ad urbes socias mittunt, ut firmato vbiique populi suffragio decreto,  
quod factum fuerat, omnes in sua quoque regione bellum Aetolis indicerent.

X. Quod ergo faciebant omnes Episcopi, quid mirum, si fecit Romanus? Et fecit sane: nec aliter. In p̄siciantur ipsa quibus aduersarij pugnant, exempla. Primum est Nicæna Synodi. Quid ergo? Confirmationem postulauit à Syluestro: Sylvester annuit. Intelligo sumptum ex binis literis quæ in tomis Conciliorum, subiectuntur Nicæno. Sed et si olenst fucum illæ quidem; tamen non aliam confirmationem dicunt, *Quicquid constitutimus in Conc. Niceno* (inquit nō ipsi patres, sed Hosius, Macarius, Victor, & Vincentius) *precamur ut vestri oris consortio confirmetur.* Sylvester responderet, *Meum chirographum, & meorum discipularum offero, in vestro sancto Concilio, quicquid constitutissim vnaparem dare consensum.* Quid hæc verba aliud sonant, quā consenſum? quid aliud quam quod quilibet Episcoporum poterat? Conſtantinopolitani Patres citante Haio rogant à Damaso: *His rebus omnibus tanquam legitime secundum Ecclesiæ canones constitutu obsecratus vestram sanctitatem, ut consensias.* En ergo iterū consensum, quanquam Græce etiā dilutius apud Theodoret. hist. li. 5. c. 9. r̄tu ip̄silegas ouzaiεγ παρεγγέλειρ διλέγειν, Rogamus vestram pietatem ut congratuletur. Quid portuit minus requiri à quoquā Christiano, aedum Episcopo? Chalcedonensem, quomodo confirmarit Leo, ipsi Leone nemo explicit melius: epist. 57. ad Martiatum. *Conſtit. Synodalibus, qua mibi de confirmatione fidei Catholicae, & hereticorum damnatione placuerunt libens adieci sententia mea.* Et 59. ad Iuuenale Hietosol. ac cæteros Episc. in S. Chalce. Synodo cōgregatos, *Omnem fraternalitatem vestram nosse non ambigo, definitionem S. synodorum quæ ob confirmationē fidei in Chalcedono ciuitate celebrata est: toto corde mefusisse cōplexū.* Et paulo post: *Fraterna uniuersitas, & omnia fidelium corda cognoscantur.*

me non solam per fratres, qui vicem meam exsecuti sunt: sed etiam per approbationem gestorum Synodalem, propriam vobis cum iniisse sententiam Hæc Leo: in quibus nihil est, quod non quilibet Episcopus de se dicat: imo & in iis quæ collegimus, facile inuenias ipsam hanc regem. Exstat autem apud Theodoreum lib. 2. Historia cap. 16. Dialogus Liberij & Constantii; ex quo patet, quam petierit Imperator confirmationem Concilij Antioch. Vnū est quod queritur: Volo ut tu Ecclesiarum communionem amplectaris, & deinde Romanam reedas: preinde consule pacis: subscribe, ut Romanam revertaris. Audit' subscriptionem? Atque ex his facile intelligas, quomodo Cyrillus dixit, Celestimum scripsisse consona Synodo, & omnia illius gesta confirmasse.

XI. Et tamen negat Stapletonus Pontificis confirmationem fuisse simplicem consensum: Consensum autem aliorum asserit fuisse obedientia, non autoritatis necessaria. Ethoc quidem probat, quia aliqui regimen Ecclesiæ esset regnum ranarum. Illud vero; quia Leo Epist. 69. Quod Imperator ad omnes Episcopos Concilij Chalced. me scripta dirigere voluit, ut qua sunt de fidei regula definita firmarem, libenter impleui, nefallax cuiusquam simulatio meam sententiam habere vellet incertam. Vbi tria iubet notari: Quod suam sententiam scribat ad Concilium iussu Imperatoris. Quod sic scribar, ut decreta confirmet: Quod sic confirmet, ut nemo postea dubitate redebeat.

XII. Sed utrumque illud falso esse ex iam citatis appetat. Romanus enim testabatur se approbare decreta, consentiendo. Id ipsum reliqui testabantur: eaque testificatio non tantum Romani, sed & aliorū confirmatione dicebatur. In iisdem verbis, si discriberem rerum velit Stapletonus, demonstraret: Et quidem de reliquis habamus nō tantū invenimus, sed & non rursum; quod haec tenus de Episcopo Romano non audiimus. Et sunt illa tamen in pœnitentia; quam consentire, sententiam adiucere, etiam confirmare. Quæ, malum! hæc intemperies est, quæ vult illis nihilominus tribialiiquid lōge infra istum? Et quis unquam audiuit, ab eo decreta confirmari, à quo nihil expectatur præter obedientiam? Nec mouet nos sc̄o maius in fœtum de regno ranarū. Non enim veremur si inter collegas iurorū defendamus, & tyrannidinos opponamus, ne auxiliis inducamus. Cur enim nos magis, quam Cyprianus, quem dixit: Quæ res quum omnium nostrum consilium & sententiam spectet, prædicare ego, & soli mihi rem communem vindicare non audeo?

XIII. In verbis porto Leonis, nihil est, quod abducatur nos à sententia. Sribit ad Concilium. Quid tum? Quasi ad Concilium nullus unquam scripserit præter Leonem. Decreta confirmat. Sed hoc quo sensu dicatur, nunc querimus: an per assensum, an per potestatem. Sic confirmat, ut nemo postea de re dubitate debeat. At hoc falso: Non enim sic ille loquitur: sed ut suam sententiam nemo habeat incertam. Hoc est, nisi tacuisse, aliquis suspicatur alienam esse eius sententiam à sententia synodi.

XIV. Huc refer, quod Harto Iesuitæ, qui obiiciebat Episcopos nouiter electos ad Romanum literas mittere solitos, nō quibus fidem, quam tenerent, exprimerent, ut Proterius Patriarcha Alexandrinus ad Leonem, Sophronius Hierosolymitanus ad Hesychium, aliqui recentiores; respondit Rainoldus, cuius verba hæc: Ut alij Patriarchæ ad Pontificem cuiusmodi lite: as Synodicas scribebant, quibus fidem suam exprimerent; & se cum Romana Ecclesia conuenire ostenderent: eodem modo Pontifex solebat suam illi fidem exponere, & suum aut eorum Ecclesiæ consensum declarare. Ita enim scripsit Gregorius Magnus ad Ioannem Patriarcham Constantinopolitanum, ad Eulogium Patriarcham Alexandrinum, ad Gregorium & Athanasium Patriarchas Antiochenos, ad Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum libr. 1. Epist. 4. & 24. & 25. & hoc ille, ait Ioan. Diac. in vita Greg. libr. 2. cap. 3. & 5. secundum presumpcionem suorum morem presbiti, in quibus erat Leo. Quare non maior erat Leonis in Patriarchis Constantinopolitanis Alexandrinis que confirmandis, quam eorum in ipso confirmando prærogativa. Nam ut illos non pro legi: imis Episcopos habuit (ut constat ex Epist. 33. & 38. de Anastasio, Epistola 67. de Proterio) donec per Synodicas eorum literas in fide sanos eos compriisset, ita neque illi illos pro legitimis habebant, de quorum fide non fuissent sündem in modum facti certiores. Hactenus Rainoldus.

XV. Quia vero Sophronij meminerat, Hartus ad Romanum Pontificem sribentis: eiusdem Epistola ad Sergium Constantinopolitanum Archiepiscopum Synod. VI. Actione XI. inspicienda est. Eadem enim ratione Constantinopolitano fidem suam exponit, ut eius consensu & ipse, qui altero non erat inferior confirmaretur. Epistolæ verba suar: *Hic proinde & nos consuetudini (qua solet quæ ad Pontificatus ducuntur in quibus præter eis Pontificatus regunt, exponent qualiter fidem detineant) seruientes, & legem optimam arborati omne quod olim effectum est maxime Apostolico roborum instruto, qualiter de fide teneat scribimus, & à Deo instrutis vobis ad probandum dirigitur, ne forte terminos eternos transgredi, quos Patres nostri posuerunt, astimemur &c.* Atque eadem ferme leguntur in Epistola Synodica Tharasij Archiepiscopi Constantinopolitanus ad summos Sacerdotes & Episcopos Antiochiae, Alexandriæ, & Hierosolym. quæ extat in Actis Synodi Nicænae secundæ Actione 3. & refertur à Baronio in Annal. an. Christi 785. Quia præter quædam, (ut verius fateamur) Apostolica traditio in omnibus Ecclesiæ inolevit, ut illi qui recens assumpsi fuissent ad summum alicuius Sacerdotij gradus (Pontificis scribit Baronius) illi qui & ante eos, & mulius temporibus summum Sacerdotij gradum obtinuerint, fidem suam exponerent: *vixum est mihi hoc sequito, & me submittens vobis (Baron. inclinare) & manifeste mea fidei confessionem apud vos expone, &c.* Addit Baron. eandem, et si non extat, ad Rom. quam ad tres Oriental. Patr. dederat, missam. Vnde liquet nullam ex eis literis Romano conciliari prærogatiuam.

XVI. Atque hactenus de Confirmatione: vnde facile appetat, quomodo altera pars, quæ est de Confirmatione sit intelligenda. Acta igitur Conciliorum infirmabant, autoritate quidem Imperatores; Episcopi vero, interque eos Romanus, dissensu. Sic & nodus Ephesina prior cum videtur Concilio Ioan. Antiocheni depositum esse Cyrrillum & Memnonem,

adit Imperatore; vt est in eius actis Græce editis c. 109. & petitit revocari Διορθοὶ μὲν τὸ σωματεῖον τὸ ἡγεμονὸν τὸ ἀγρίων & θεοφιλεστῶν ἐπιστολὴν Κύριον & Μηνόντος, ἀδεμαντίαν ἀντὶ τῆς γεροντος ἰχθυοῦ ἔχει, πατρῷ δέ τοι. Obsecrantes, ea quæ latratiocinantiū more gesta sunt contra fandos & Desamantiss. Episcopos Cyrillem & Memnonem, quum nullam à canonibus vim habeant, irriti fieri. Similiter & disertus Leo Theodosium orat, ne acta Synodi Antiochenae valere permittat. Obsecramus coram unius Deitatu inseparabilis Trinitate, ut omnia in eostatis manere iubeatis, in quo fuerunt ante omne iudicium donec maior ex toto orbe Sacerdotum numerus congregetur. Epistola est 24. Et ad Martiaenum, Epistola 43. Sequens vero in predicta ciuitate (Ephesum intelligit) non post vocari Concilium: quod in euersem fidei fuisse constitutum: quodque vestra clementia amore veritatis Catholicus affutura aliud statuendo quaffabit, glorioſissime Imperator. Testatur ergo Leo Imperatoris in hoc negotio partes fuisse, ut iuberet, ut statueret.

XVII. At Romani, reliquorumque Episcoporum? Dissentiendi. Concilium Romanum sub Damaso apud Sozomenum libro 6. cap. 13. Numerus Episcoporum qui erant Arimini in unum congregati, praetulit vim habere non debet, præsertim quum formula illa composta sit, neque Episcopo Romano, cuius sententia præ ceteris omnibus expedita erat, neque Vincentio qui tot annos Episcopatum integre gesserat, neque alii eidem consentientibus. Sic paulo ante, Ioannem Cancellarium audiuiimus Concilio Nicæno 2. refutante Concilium Constantinop. quod in id non omnes consenserant: nec cooperari habuerit Romanum, nec concordantes Alexandrinum & Antiochenum. Sic apud Socratem li. 3. c. 7. Lucife: Caralorum Episcopus, reiecit decreta Concilij Alexandrinii: Tὰ τῇ συνῳδίᾳ διέστημα τοῦ εὐαγγελίου φιλοτεκνίας ιδεῖτο. Sic Basilius Epistola 73. quoddam dicit, μὴ κατεδιάφραστοι τοῦτο τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἰναι διάτοις ψήφος; non approbare, quæ lataverant suffragia depositionis contra ipsos. Itaque dissensus omnibus erat Episcopis communis. Illud tamen in Patriarchis eximum notabatur, quod eorum plerique sententiam sequebantur Episcopi, quibus præstant: quo siebat, ut horum longe maximum esset, siue in confirmando, siue in infirmando pondus.

XVIII. Nec omitti tamen volo; dissensisse aliquando Romanum, ut men non minus rata fuerint decreta. Sic Leo, et si clamaret se non probare Chalcedones se decetum, quo Constantinopolitanus præscribatur Alexandrinus & Antiochenus: tamen non propterea fuit antiquatus canon: imo vero postea confirmatus in Trullanis. Non est igitur quicunque verum, quod Stapletonus assertuit Concilia prævincialia, sed generalia maxime, quæ à Romano Pontifice confirmata non fuerint, omni postea auctoritate & fide caruisse. Imo ex ipso etiam Leone patet, non potuisse secundum Ephesinum irritum fieri: nisi indicito altero Concilio Imperatoris auctoritate. Et in causa Chrysostomi depositi à Synodo Constantinopolitan. particulati, Innocentius apud Sozomenum libro 8. cap. vigesimo sexto negabat villum esse remedium, præter Synodi cognitionem.

## C A P. XII.

De presidentia in Conciliis.

I. Argumentum sextum ducunt à præsidentia in Conciliis: Quicunqueius habet præsidiū omni bus Conciliis est Oecumen. Pontifex. A. Episcopus Rom. id iuris habet; est igitur Oecumenicus Pontifex. Horatius li. 6. locorum Catholicorum c. 13. Posnaienses Controversia 2. thesi 13. & 4 & 5.

II. At nos primo negamus maiorem. Nam qui præstet alicui ceterui, non statim est eius ceterus Dominus. Iacobus Apostolus præfuit Concilio Hieros. præsentibus aliquot Apostolis: etiam ipso Petro, is tamen nullum habuit dominium in Petrum, aut reliquos. Ceterum quia erat Romanus Patriarcha primus, potuisset ei deferri is honor præsidentiae; non ex priuilegio Oecumenici Pontificatus.

III. Secundo, negatur assumptum. Primo, quia nullus potest canonicus præsidiū villius Concilij, aut Oecumenici, aut particularis: quo id sitiam citum. Itaque qui affirmant, absque lege disputant. Deinde quia nec reliqua quidem antiquitate villum exstat eius iuris luculentum testimonium. Quis autem verisimile credat seculis iam sexdecim id iuris viguisse: & tamen à nemine obseruatum, commendatum, ante hanc seculorum sententiam? Tertio, quia proferunt exempla in cōtrarium Nicæno enim, Sardicensi, Constantinop. 1. Ephesino, alij præsiderunt, ut postea patet.

IV. Itaque noua oritur controvērsia; vtrum Episcopi Romani ius sit præsidentiae in omnibus Conciliis. Qua de re disputat ex professo Bellarmino ca. 19. & 20. liber. 1. de Conciliis. Et contra Witakerus de Conciliis quæst. 4. Sibrandus de Conciliis lib. 2. c. 4. Iunius & Salomon Gelsnerus in refutatione disputationis Bellarminianæ.

V. Primum Bellarmini argumentum: quia summus Pontifex est pastor, & pater vniuersalis Ecclesiæ: adeo ut Episcopi & principes omnes, i.e. eti summi Pontificis, oues & filii dicantur. Probatur; quia Ioannis viii. mo dici: ut, *Pascere oues meas*. Et quia Concilia vocant Pontificem, Patriarem; & ipse Episcopos congregatos, filios: apud Theodoreum historie libro 5. c. 10. Item in Epistola Concilij Antiocheni ad Iulium: & Stephanii Carthaginensis ad Damatum: & Chalcedonensis ad Leonem.

VI. Respondeo: Primo, petitur ergo principium ab Horatio, & Posnaiensibus & aliis. Vere n. circulatio est: Papa debet præsidere, quia est summus Pontifex, & pastor, paterq; omnium: & Papa est summus postor, pastor, paterq; omnium, quia præsidet Conciliis. Secundo sciunt omnes negari à nobis villum esse omnium Ecclesiæ pastorem. Nec probationes valent: Nam illud *Pascere oues meas*, quoties explicabimus? quoties ridiculam sophistiken exhibabimus? Patrem appellatum fuisse; non est perpetuum. Nam Constantinopolitanum Concilium primum: Domini honorabilis (inquit) atque venerandis fratribus, & communis Damasco, Ambroso. Carthaginense Concilium Epist. 90. inter Augustini Epistolas

LIBER DECIMV STERTIVS, CAP. XIL

262

*flolas; Domino beatissimo & honoratissimo fratri Innocentio Papa. Similiter Bonifacio, & Cœlestino. Sed & Episcopi Romani non semper filios appellant. Certe Cœlestinus Cyrillo in Ephesina Synodo: *τὸν ἀγαπητὸν ἀδελφὸν Κυρίλλῳ*. Dilecto fratri Cyrillo Leo Epist. 45 quæ est ad Synodum Chalcedonensem: *Vnde frates charissimi, reiecta penitus audacia.* Non ergo semper, aut Concilia Romanos appellaverè Patres: aut Romani Episcopos in Concilio filios. Quid tum autem, si aliquando? dum nunquam ab Occumenicū Pontificatum? Nam potuit propter ætatem: potuit & humilitatis ciuitatis; causa.*

VII. Secundum argumentum: In Concilio Apostolico, Acto 15. Petrus praesedit: Probatur, primo ex Hieronymo in Epist. ad Augustinum, quæ est t. in Epistolis Augustini: Secundo, quia Petrus primus surgit, primus loquitur, primus quæstionem definit; & omnes sententiam eius sequuntur.

VIII. Respondeo, primum non esse consequens, si Petrus præsederit Concilio apostolico, ideo Romanum præsidere omnibus: tum, quia infinita est à Petro ad eum Episcopum distantia, sive personam spectes, siue munus: tum quia doceri nequit, Petrum suo iure præsedisse: nec si semper p[ro]l[ati]o video semper debuit; ac nullus præter eum potuit. Secundo, sumitur pro certo, quod est incertissimum. Nullo enim arguento demonstrari potest, Concilij apostolici Petrum fuisse præsidem. Atq[ue] adeo Hieronymum Bellarmine ementitur Ita enim non dixit Petrum præsidem fuisse eius Concilij: sedduntaxat eius decreti principem: quæ si aescit distingueret Iesuita, quid iam quæsto scire potest? Primum autem surtexisse primumque esse loquutum, nec Lucas dixit, & contra videtur inuenire: & denique non significat præsidentiam. Primum questionem de his illis, facile concesserim: sed id nihil est aliud, quam quod Hieronymus voluit, dum decreti principem appellauit: hoc est, eum, qui primus eam sententiam dixit: in quam decretum est conceptum: quod nullum est signum præsidentiae: imo vero, non potest fieri, ut idem sit præses, & princeps sententiae. Nec magis ad rem facit, quod eum omnes sint sequuti. Nam Paphnutium Nicæ omnes sunt etiam sequuti, qui tamen, an fuerit Episcopus dubitatur, nendum fuerit præses. Sed de hac Petri præsidentia nos alias fuse diximus.

IX. Tertium argumentum prolixius erit, ex actis octo generalium Conciliorum: Nicæni primi, Constantinopolitani primi, Ephesini primi, Chalcedonensis, Constantinopolitani secundi & tertij, Nicæni secundi Constantinopolitani quarti: ac deinceps reliquorum omnium. Respondeo, quibusdam Conciliis nō negari Episcopum Romanum præsedisse per legatos: sed omnibus, id vero falso esse. Prius autem distingendum: Nam p̄æfœlē Concilio dicuntur aliquando ij, quorum erat supratiquos spectata dignitas: ac tum quinque Patriarchæ Romanus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, quoties aderant, dicuntur saltem à recentiorib. historicis præfuisse. Cedrenus de Constan: inopolitana prima (quæ est secunda vñuersalis) Synodo. Υπέροχος Τιμόθεος Ἀλεξανδρείας, Μελιτηνὸς Ἀντιοχείας, Κύριλλος Ἰεροσολυμῶν; Praefuerunt Timotheus Alexandriae, Meletius Antiochiae, Cyrillus Hierosolymorū: Atq; his addit. Καῖ Γεννάδεος ὁ Οἰκουμενικός. Et Gregorius Theologus, i.e. Nazianzenus, quicum erat Constantinopolit. Antistes. In Ephesina, ἡ Ἱερα; Cui praefuerunt Cyrilus Alexandriae, qui locum tenuit Calixtini Papa Romani, & Iuuenalis Hierosolymorum. In Chalcedonensi: ij & r̄iuendū; Praefuerum Concilio, Leonis Papa Romani vicarij Paschasis & Lucinius Episcopi, Bonifaciusque presbyter: Anatolius Constantinopolitanus, Iuuenalis Hierosolymorum. In Constantinopolitana secunda, quæ est quinta vñiuersalis: η; ἡ Ἱερα; Cui praefuerunt Euseychius Constantinopolis, Apollinarinus Alexandriae, Dominus Antiochiae Episcopi, & vicarius Hierosolymit. In sexta deinceps etiam Constantinopolitana; principes fuerunt, Agathonius Pater Romani locum tenentes, Thedorus ac Georgius presbyteri, & Ioannes Diaconus: Georgius Archiepiscopus Constantinopolis, Theophanes Antiochiae. Quem morem loquendi si teruamus, dicere possumus Nicænæ primæ præfuisse: Silu-stri Romani legatos Vitum & Vincentium, Alexandrum Alexandriae, Macarium Hierosolymorum, & Eustathium Antiochiae. Saltem Nicetas Thesauri libro 5. cap. 6. ex iis duos numerat. Iu (inquit) quis ad concilium conuenerunt, praefuere Macarius Hierosolymorum, & Eustathius Antiochenorum Pontifices. Verum ex hac significatione nullum peti potest argumentum, quandoquidem id iuris commune erat omnibus illis Patriarchis: quos tamen omnes nunquam Papistæ admittent fuisse Pontifices Occumenicos.

X. Aliud est genus præsidentiæ, quum ad ordinem conseruandum in singulis Synodis necesse erat vnum, aliquem esse, qui actiones moderaretur, suffragia colligeret: etiam decretum pronunciaret: quod in omnibus cœbus non ~~an~~ <sup>in</sup> aliis fieri toleret. Has partes obseruamus in synodis non semper vincipiam Episcopo de mandatas. Imo aliquando nulli Episcopo: sed vel Imperatorem sibi sumpsisse, vel demandasse delegatis suis. Et quia de Episcopo Romano nunc quæstio est. Hæc Concilia sunt quibus eum præfessi negamus, Nicænum primum, Sardicense Constantinopolitanum primum, Ephesinum utrumque, Constantinopolitum secundum: de quibus sigillatum agendum.

XI. Et quidem de Niceni concuento praeside, quatuor sententias Bel-  
larminus examinat. Brentius Imperatorem dixit: Magdeburgenses Eu-  
stathium Aniochenum: Caluinus Athanasium: Papistæ Hosium; Vitum  
& Vincentium legatos Romani. E quibus primam, secundam, ac tertiam  
ille reuicit, quartam amplectitur. At nos memoria lapsum Caluinum fa-  
temur: quam Athanasium nominavit, quem certum est interfuisse qui-  
dem ei Concilio; sed nondum Episcopum: tantum diaconum, & comi-  
tem alexandri Alexandrini. Quartam sententiam penitus falsam asseri-  
mus: Secundam verisimilem: veram autem primam. Sic enim statuimus,  
ipsum sibi Constantium praesidis partes sumpsisse absolute: sed inter E-  
piscopos videri primum sedisse Eustathium.

XII. Et de Eustathio primum testem habemus Romanum Pontificem Felicem Epistola ad Zenonem Augustum de Depositione Petri Antiocheni: καὶ Εἰσαγεῖται τὸ ὄμολογόν τοῦ, καὶ αὐτὸς ἡ τινὰς πατέρων εἰς Νίκαιαν ἀποδινεῖ: Eustathiis confessorib; ac presidente trecentorū decem Et otto Patriarchis.

*qui in Nicæa conuenerunt. Deinde non difficilis est conjectura. Nam Eusebius libro de vita Constantini 3. c. 11. scripsit, cum, qui in dextro ordine primam sedem occupabat, perbreui oratione Imperatorem esse assatum, statim utrūscum est: at hunc Theodoretus, libro 1. historiæ, cap. 7. Eustathium nominat Antiochenum. Itaque duo habemus; primo Eustathium occupasse primam sedem ad dextram: alterum; omnium primum esse aliquotum Imperatorem; laudibusque insignibus ornasse, & ei pro singulari suo studio erga res sacras eximia gloriæ preconia tribuisse. Quis inde non coniciat præsidem?*

XIII. At contra Bellarminus: primo, quia in subscriptione non inuenitur primus, nec secundus, nec tertius, sed inter alios: secundo, quia quum esset in Concilio Alexander Alexandrinus, Antiocheno maior & dignior, nulla ratio sinebat Eustathium precedere. Tertio, illum ad dextram primum locum sic intelligit, ut tres sub selliorum ordines imaginetur: dextrum unum: sinistrum alterum; tertium transuersum in capite auctori, in quo federet Imperator medius inter Hosium & Alexandrum Alexandrinum: rum in ordine dextro primus Eustathius, in sinistro Macarius. Vel certe Eustathio concedit locum dignorem ob antiquitatis & sanctitatis meritum: at non praesidentiam.

XIV. Sed ad primum dico; nulla lege caueri, vt praeses primo loco  
subscriberat: deinde haberi nego subscriptiones eius synodi, sicut sunt fa-  
ctae: itaque in tomis Conciliorum excusatur collector, sicuti in assignatio-  
ne Episcoporum et rauerit: quia usus sit in colligendo quatuor exempla-  
ribus, verutissimis illis quidem, sed deprauatis. Ad secundum; nulla  
rursus lege Concilii imperatum, vt praesidentiam, de qua loquimur, de-  
ferrent Episcopo sedis illustriotis: alioquin fateremur Romanum,  
semper debuisse praesidere. Tum Alexandrinus iam iudicauerat de Ario;  
itaque non videatur congruum, vt iterato iudicio praesesseret. Tres autem  
ordines non admittimus; et si Conclilio placuerint: sed duos tantum; dex-  
trum & sinistrum. παρεκπλάστη τὸν πίνακα τῆς βασιλείας εἰς: Erant enim puratae multæ  
subsellia virisque ad muros palatiij. Sed ad summum aula, Iolum Impera-  
torem progressum dicunt Eusebius & Theodorus: & sedisse non in  
subsellis, sed in cathedra aurea. Antiquitatis & sanctitatis meritum si  
habuit Eustathius præter alios, vultu modo super obscuratum, si post  
praesides sedisset. Interea tamen notetur Bellarmini contradicatio: ne-  
gantis paulo ante, ullam rationem ferre posse, vt Alexandrum Eustathius  
præcederet: & nunc tamen concedentis primum eidem locum potuisse  
assignari, ob antiquitatem, & sanctitatem.

XV. De Imperatore res certior. Nam hunc Eusebius assertum progressum ad summum locum. Tum praesidis partes eis colligitur primos quia, vbi confessum est, hortatoriam orationem habuit, qua illos ad confessionem animorum & concordiam commoueret. Secundo, quum seculi mutuo accusarent Episcopi: ei libellos obtulerunt: tertio oblatos illos libellos comburi iussit, & ut se totos ad propositum negotium conuerterent: quarto, habita oratione, de religionis dogmatis disquirendi Episcoporum arbitrio permisit potestatem. Quæ sic singula Socrates enumerat libro 1. cap. 5. Denique: Quum multa essent ex utraque parte proposita (inquit Eusebius de Vita Constantini libro 3. cap. 13.) magnaque controvrsia in ipso disputacionis congressu concitata, Imperator toleranter ac placide omnibus animum attendere, studio acri prolatas sententias excipere: vicefissim ferre openum utrique disputantium parti eos magna cum contentione diligantes panlatim reconciliare, conferre cum singulis comiter & benigne sermonem, Grace quid ipse sentires, loqui. At haec, si non sunt praesidis partes, quænam esse poterunt?

XVI. Et tamen hanc opinionem falsissimam Bellarminus appellat: Primo, quia Constantinus post omnes Episcopos subscriptis, ut testatur Basilius Imperator in fine octavae Synodi: Praeses autem primo loco subscriptis. Secundo, quia non sit ausus sedere, nisi in sede humiliori, quam essent Episcoporum (infra Episcopos Binius dicit) & annuentibus Episcopis; ut colligitur ex Theodoreti libro primo capite septimo historiaz: & Eusebio de Vita Constantini. Tertio, quia ipse professus est se debere ab Episcopis iudicari, eisque subiectum esse, non propositum, ut scribit Ruffinus libro 10. cap. 2. Quarto quia Ambrosius Epistola 32. dicit, Constantinum in Concilio Niceno non se fecisse iudicem, sed liberum reliquise iudicium Sacerdotibus. Athanasius Apologia secunda, non posse haberi Synodus, in qua non Episcopus, sed Comes aliquis praesederit: & in Epistola ad Solitariam vitam agentes arguit vehementer Constantium, quod in Concilio primas partes tenere vellent.

XVII. Sed ad primum: Vnde habetur praesidem semper primo loco debere subscribere? Praesidem, inquam, de quo nunc loquimur: nam illum alterum, cuius nomen debebarat Patriarchis, haud in uitio concesserim. Sed huic, de quo nunc loquimur, videtur potius postremo subscribendum, ad actorum, quorum pars sunt ipsæ subscriptiones, certitudinem.

XVIII. In secundo, non ausum sedere nisi in humiliori sella, nec ausum nisi annuentibus Episcopis, quam ridicule, quam impudenter affirmatur? Nunquam id aut Eusebius dixit, aut Theodoretus: uterque nimis audacter à Bellarmino laudatus testis. Geminum igitur mendacium: Vnum, sedem eam humiliorem fuisse, quam essent Episcoporum sedes. Nam tum Eusebius, tum Theodoret. tantum ὥπερος dicunt; parvam sedem; nimirum ad fugiendum Imperatoriae dignitatis fastum; quem in eo consellu ostentare noller; vnde se alibi scribit affuisse, vnum è cœtu. Ettamen Eusebius eum thonum testatur aureum fuisse.

XIX. Alterum mendacium, non ausum sedere, nisi tum quum Episcopi annuiscent. At Eusebius dixit *s. πέρισσος ἡ τὸς ἴντερος; οὐδὲν διαδίκτης.* Non prius quam annuiscent Episcopi, sedis. Quæ verba non veniam impertraram ab Imperatore sedendi, significant (nam alias in summum locum transisse non debuit, nisi præfata venia;) sed quasi signum expectatum confidendi, ut ne ipso ledente stareat episcopi: quos postea sedisse testatur Eusebius, *ταῦτα δὲ ἵπποτοι πάντες καὶ τὰ βασιλικά;* Idem fecerunt omnes post Imperatorem. Imo Sozomenus diserte, omnibus, qui a-

derant mandatum dedisse sedendi scriptis lib. i. c. 18. Albus etis riu-  
zib. Tertio anno episcopus natus eundem anno auctoritate patrum electus, et in eiusdem reg-  
ione sine diebus. Transiens ad supremam partem conuentus, in sella quadam sibi  
apparata sedet: cum Synodus sedere iussa est. Theodoretus tamen dicit sedisse  
eum aucto, et eo, id est simul eodemque tempore. "Sane vero idem dixit i-  
psum episcopis in mea via eiusdem: permisisse ingressum: quod quis de eo di-  
ceret, qui non esset ausus assidere imo qua fronte confessum concede-  
rent, qui ingressum non habebant nisi precatio?

X. Ab Episcopis debere se iudicari professus est Constantinus. Sane quidem? Quid tam autem? Ergo non potuit praesesse Concilio? Ridicula conclusio. Quid enim? Non debebant ipsi Episcopi, qui reliquis praeerant Membrum oneum dico Ephesium, & sive Menam, sive quem Bellarminus maius, Euaychium? Non praeisdem dicas, sed tyrannum. Tum hoc Imperator dicit, quum sibi libelli offerrentur, ante quam Synodus inchoata esset: ac proinde, quum se adirent contendentes Episcopi, ut iudicarentur non Ecclesiastico: sed Imperatorio iudicio. Verum ille non propter ea voluit excludi a cetero Synodico: quem post concrematos eos libellos, aperuit.

XXI. Ambrosius immerito in hanc causam producitur. Is enim Epistola 32. nihil agit de praesidencia Concilij : tantum disputatione licere debet fiduciis fieri in Consisto. io Imperatoris, & coram laicis iudicibus in quamque sententiam asserit Constantium nullam, ante legem praemissae sed liberum dedisse iudicium sacerdotibus. An vero praeside Concilio significat non dare liberam sacerdotibus iudicium? Minime vero; alias nullus omnino constituedas esset praes.

XXII. Scio prolixie Athanasium conqueri. Apologia secunda de Concilio Tyro, ubi omnia acta si more, quam in Eccl. lehasticis iudiciis: id est vi, teriore que politici magistratus: vt, quod communiter placebat Episcopis, a Comite impediabatur: ille imperio vtebatur. Hoc et te presentia genus procul labile debet Synodo, at de eo nullus hic fermos. Nam Constantius nihil agebat pro sua auctoritate sed attendit suffragia Episcoporum audiebat, excipiebat: inque ea decretu fieri sivebat. Haec legitima erit ipse auctoritas. In Epistola autem ad Solitariam vitam degentes, de nulla Synodo scribit: Athanasius: sed queritur. Constat: um iudicis Ecclesiastici praeside: e. hoc est, in Confistorio aulico Ecclesiasticas controuerias decernere Propositum non possumus: neq; in coro, ut ad eum denuo. Obtendi in specie Episcoporum iudicium: sed interim facti, quo ille voluppe est. Itaq; merito potuit exclamare: Quando a condito auro auditum est: quando iudicium Ecclesia auctoritate suam ab Imperatore accepit: aut quando unquam hec pro iudicio agnitus est. Hec inquam merito Athanasius. Sed immenito Bellatrinus detorquet, ad probandum non posse Imperatorem, ex quo diximus modo, Synodis praesesse.

XXIII. Si pereft tertius B. Ilarmini labor, vi probet legatos Romanis Episcopi, Houm, Vitum & Vincentium p. aedes fuiffe. Probat ergo tribus argumentis. Primo, ex subsiptionibus. Hi enim p. mi omnium subsciperunt. Secundo, ex Cedreno in Compendio Historiarum, & Phutio libro de Septem Synodis, qui dieu. t Sylvestrum per suos legatos Concilio autoritatem contulisse. Tertio ex Athanasio ad Iohannam vitam agentes, dicente Hocum principem fuisse in eo Concilio. Fuit autem simplex Episcopus, i.e. ieronim. bus Patriarchis. itaque nunquam habuit primum locum, nisi vicem g. Misericordie Romani Pontificis. Idem testatur prefatio Sardicensis Concilij, c. ius autor est fortasse Dionylius exiguis: & in eligi potest ex Codice Graeco Vaticano, cuius testimoniuni descripsit Alphonsus Pisanus.

XXIV Sed hæc nihil probavit. Primi subscripti: run: ergo fuerunt p̄fides. Consequentia non conceditur. Sed ne ante cedens quidem. Nam subscriptiones, quæ sibi fecimus, ex secundum prouinas disponuntur; in quibus, quis miretur Romanam omnium primam propter sed in Imperij? Sed & Hosius primos scripsit, & ante Romanum legatos. Nam ipse legatus non fuit, ut postea dicam. Apud Ced. enī non potui legere, auto i-  
ratēm Concilio contulisse: sed legi, præsedis legatos Romani, & Met-  
trophanem, & Alexandrum, & Eutathium, & Macaiam Quod Bellar-  
mino non facit. Apud Photium logo: οὐαὶ τοῖς Ἀλεξανδρῷ τοῖς  
Κωνσταντίνοις δέχονται πόνον λαζαρίτων. Præcipuerant Alexander  
Constantinopolitanus amates νῦν & Σινάτορες & Ιακώποι. Sed & Syluester,  
Iuliusque illustres ac famis Romana Ecclesiæ præsidet: neuter praefens, sed  
missis Bitone & Vincentio. Præterea nil illi. Viderit Bellarmine, unde  
suum illud habet. Certe neque solus Syluester nominatur, neq; in west.  
Ad, præsidentiam noster nullus quam priore loco designauimus. Athanasius scripsit ab Aiani de Hoso dictum: εἴτε οὐαί ναὶ θάνατος, εἴτε  
πόνος αἰτίας μηλαγχίας ζητούει τὸν εἰ Νικαῖαν ιψος. Hic princeps est Sy-  
nodorum: & si quid scribit, ubiq; auditur: hic formulam fidem in Nicæa Syno-  
do concepit. Ergo, non Synodi Nicæna dicuntur principes: sed Synodorum:  
quæcum temporis multæ sunt congregatae. Tum dicitur discernuntur  
duo; principes synodorum: &, concepit formulam Nicænam: ut conii-  
cias Nicænam Synodum discernendam ab eo principatu.

**XXV.** Ettamen, quid tum si praefuit Nicæna Synodo Hosius? Nam & ita censet noster Iunius. Quid hoc, inquit, ad Romanum Episcopum? Legatus erat (inquit) ius. At hoc fallsum. Non mo est enim Veterum, qui in unquam plures in Nicæno Concilio legatos Rom. Pontificis obseruantur, quam Vitum & Vincentium. Non Eusebius; qui capite septimo terrij de Vita Constantini: Eius presbyteri; qui aderant, illius locum suppleuerunt. Nota, presbyteri. At Hosius Episcopus. Non Theodoretus; qui liberto historiæ cap. 7. Duos ille misit presbyteros. Notarum sum presbyteros: sed & nota duos, non tres. Non Sozomenus: qui lib. I. cap. 16. Vitum & Vincentium, eiusdem Ecclesie presbyteri pro illo adfuere. Hosium nullum audis. Non deinceps nullus alius. Nicephorus, Zonaras, Cedrenus: quid omnes nominem: unum è Veteribus proferant, & vicerint. Imo ne ipse quidem scriptum legit, titulo appellat. Nam subscriptio, quia habemus ita est, *Osius Episcopus ciuitatis Cordubensis prouincia Hispania dixit*, ita credo sic sit superius scriptum est. Quum tamen nec soleant, nec debeant legati, sua legationis non memoriasset atque adeo: *Vitus & Vincentius presbyteri urbis Roma, pro venerabili viro Papa & Episcopo nostro Sylvestro subscripti*

*mus. Et quidem obiter notandum: nondum in tantum secesserunt extulisse Romanos Episcopos, vel legatos suos audierent mittere Episcopos; sed tantum presbyteros aut Diaconos. Sic ad Arclatense, Claudianum & Auitum presbyteros, Eugenium & Quiriacum Diaconos. Ad hoc Nicenum, Vitum & Vincentium. Ad Sardicense, Archidamum, & Philoxenum. Quod postea non sic obseruatum.*

XXVI. Mirum vero contra argumentum. Princeps fuit Concilij. Imo, inquam, Conciliorum. Nam & apud Theodoretum historialib. 2. cap. 15. *πολις ἡ ινδοῦ στρόδη*: *in quo Concilio ille non primas tulit?* An in omnibus Conciliis fuit etiam Romanus legatus? Quanquam, quid intetego? Nam ipse Athanasij contextus (Athanasij enim verba recitatbat Theodoreucus) indicat id Hosium habuisse suo iure: *Qui profecto* (inquit) *se nescit non obscurus*: *sed omnium facile illusterrimus*: *nam, in quo Concilio ille non primas tulit?* Cui non persuasit eius de recta fide instituta oratio? In qua Ecclesia non praelatissima existente illius gubernationis monumenta? Itaque appellat μέγας, δύναμις, ἀρχὴ, δῆμος. Οὐοὶ τὸν αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ πάντων μεγάλα τελεφανῆ. Deinde, quod genus hoc argumentum? Volut enim Bellarmios probata, Romanum Episcopum Synodo praesedisse, quia Hosius praeses erat eius legatus: nunc autem Hosium probat fuisse eius legatum, quia preledit Synodo. Et hæ demonstrationes grunt?

XXVIII. Iam vero præfatio illa Concilij Sardicensis, quæ ass. rit Ho-  
sigm fuisse ab Apostoli ea sède, cum Vito & Vincentio, destinatū ad Syno-  
dum, nullius est autoitatis. Nam eum Dionysio illo Exiguus magis cœla,  
mus, rem narrantiae sed gestam duabus minimum seculis; quamvis  
ipsis qui eodenī vixerē tempore? In quibus quidni ipsam Iulium Roma-  
num numerem? At hic in prolixa illa Epistola ad Orientalis quā reci-  
tat Athanasius Apologia 2. ei ipsiusq[ue] n[ost]ri C[on]gregat, rite c[on]tra q[ui]c[unque] Nigra  
curiosus Ἰωάννης: Noſtri (inquit) presbyteri, qui tunc erant in Synodo Nicana.  
Vbi vides tantū presbyteros nominati. De Pisano ille viderit. Ego certe  
apud eum ex illo codice Vaticano nihil obseruare potui, quo Hohius asse-  
ratur fuisse legatus Romani Episcopi: quin potius, cum se p[ro] nominetur  
in eo secundo Pisani libro, tumullo alio titulo iei signum vidi, quam  
Episcopo Cordubensis. Ne: id quod Baronius in appendice tomī duo-  
decimi testimoniū attexit Adriani Papæ, ex epitome Canonum, quæ  
edita est tomo 6. Antiquæ actionis: maius momentum habet, quam  
Dionysius Exiguus: quo recentiore est, nempe pertinens ad seculi octasi  
finem.

XXIX Ergo nulla est causa, cur in Concilio Niceno primas demus Episcopio Romano. Ad ea venio. Et sedis quidem gratis, opinor, nobis conceditur. Cui præsedit Hosium constat ex actis: eique collegam Sozomenus addit Protogenem libro 3. c. 11. appellans ambos <sup>ad</sup> episcopos. Tamen r<sup>et</sup> δύο εώς τοις Σεργίνης συστάλλοντας: principes eorum qui ex Occidente sat dicam conuenerant. Et hoc et magis notandum: quod aderant legati Romanii Episcopi Iulij: a quibus, ut paulo ante monui, is subscibendo separatur. Et etiamen Concilium eo conuocatum consilio, ut esset Oecumenicum: et si successus non responderit,

XXX. Sequitur Constantinopolitanum primum id est. Occumenicum secundum: cui facetur Bellarminus ne interfuisse quidem Romanum: immo ne legatos quidem in misere. Præfuisse autem Nestorium Constantinopolitanum. Sed excipi; si adfuisisset Damasus, sive dubio præfuisse: quia scribentes Episcopatum congregati, cum, ut caput suum agnolent: ille vero respondens filios appelleret. Addunt Posnanienses, quoniam Romano Pontifici primarum detulerunt.

XXXI. Sed res est non parui momenti. Nam eodem tempore Occidentales Episcopi Romæ Conciliū celebrabant: quæ caussa fuit, ut eorum nemo Constantinopolim profectus sit. Verum Damasus invitauit Orientales, ut Constantinopoli Romanam venirent, quo vnom fieret Concilium, illi renunt. Et tamē Ecumenicum appellatum est non Romanum, cui præterat Damasus, sed Constantinopolitanum. Et habet Romanus semper conuocate Concilium Ecumenicum? Et habet semper conuoca-

LIBER DECIMVS TERTIVS, CAP. XII.

26

conuocato præsidere illo magnifice illusum est supercilium Romano. Exceptio autem fuxilis: Nam diuinare, non est demostriare. Si adfuisse, præfuisse. Cur, in quam? porius quam Nicæno, quam Sardicensi addo, quem Arcaniensi? quam in quinto Oecumenico, vbi præsente Vigilio, præsidentia tamen est delata Constantiopolitano.

XXXII. At agnouerunt Damasum pro capite. Falsum, inquam; Non enim ad Damasum solum scribunt: sed cum eo, ad Ambrosium, Britonem, Valerianum, Acholium, Arenium, Basilium, & ceteros in rive Roma conuocatos. An singulos illos dicimus fuisse Orientalium capita? Aut, si non singulos, cur Damasum? Quid, quod hoc ipsum falsum est? Falsum, inquam, est, siue Damasum, siue Occidentales agnoscit ab Orientalibus pro capite? Recito verba: *Iam vero, quoniam vos, quo fraternam vestram erga nos charitatem declarareis Concilio Dei voluntate ac nutu Roma coacto, ne hec os sine ea pueri et reges aitemus*, nos velut membra propria accessiui super Imperatoris sanctissimi literas. Haec vero non magis caput nominant, quam illa Pauli ad Rom. 12. *Multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alteri alterius membra.* Enimvero non semper membra relata sunt ad caput: sed aliquando ipsa inter se: itaque Orientales non ita se dixerunt membra, ut Occidentales caput agnoscerent: sed se eiusdem corporis membra, cum Occidentalibus: & eatus Orientalium membra: quomodo & Occidentales sese Orientalium membra debebant confiteri.

XXXIII. Quod Episcopos Orientis filios Damasus appellatit, respondeo, primum eas literas non esse scriptas ad Concilium Constantiopol, neque rescriptū esse ad eas, quas ab eo Concilio Damasus acceperat. Nam nec inscriptio est, quæ esse solet ad Concilium: nec Theodoreetus significauit; immo recitat tanquam separatam historiam: nec quicquam est in iis, quo respondeatur ad ea quæ scripta erant à Concilio: & denique responderet ad quædam postulata, quæ in iis Concilij non continetur. Quid est (inquit) cur abdicationem Timothei à merurus requiratur? Et tamen Timotheum ne nominarant quidem Orientales. Itaque referenda potius hæc epistola videatur ad eam historiam, quam Liberatus narrat Brevia, iij decimo quinto capite. Secundo, quid sibi Romanus arrogat, nostra non fecerit: sed quid ei derulerint reliqui. At hi iis ipsis verbis, quæ paulo ante recitauimus, fraternalm laudant charitatem, non paternam pietatem.

XXXIV. Primitatum Rom. Pontifici delatum in eo Concilio eatenus  
verum esse potest; quatenus sanxerunt Constantinop. Episcopum hono-  
rem habere debere post eum. Sed ab eo primatu, ad praesidentiam hanc, de-  
quo loquimur, nulla est consequentia: Nam & in Chalcedonensi, simi-  
liter delatus ille primatus, cui tamen praesedit Marcianus Imper-  
ator.

XXXV. Ephesinæ priori Synodo præsedisse Cyrillum & Memnonem testantur acta, quæ eos subinde ἑγέρους καὶ ἀριστούς appellant. In scripto ad Theodosium & Valentinianum ter. ἐκάρπον τὸ ἡμίτερον οὐαδός: principes nostra Synodi. In mandato dato legatis Constantinopolim proficiscentibus. Sinulerint predicti (ij erant Ioannes Antiochenus: & qui cum eo) subscribere depositioni Nestorij, & per libellos veniam petere à Sancta Synodo super iis qua temere in nostros præsides admiserunt. In relatione per Iuuenalium, Firminus, Flavianum & reliquos c. 109. editionis Græcæ rogatur Imperator, viriliter fiat, quæ cōtra eos attentata erat, ὥστε μὴ ἀπέφαλον ήσεν οὐαδόν τοῦ οὐοδού Ne (inquisit) capite truncata sit nostra Synodus. Veruntamen Cyrillo etat aliquid exanimatum: itaque alias solus nominatur. In relatione quæ est capite sexagesimo: ἵδη μηνευσθεὶς πάσος ἀνθρώπος ὅπλα ποιεῖται, καὶ τοῦτον αὐτὸν, καὶ τὸν καφαλῆν τὸ σωματεύον ἀρχαντανταν ἀποκόπη. Κυρίλλος, Φαρδύ, Εἰρήνατος Δεσποτόποτος, ἐπιμώντι τὸ διοφοίλεστον εἰπήσατο Μιχαελοντος ἐγνωμονεύειν βλασφημιαν. Aufz sunt prater omnem Ecclesiastis-um ordinem, & canones, contra Iandam Synodum, & caput congregatorum Episcoporum, Cyrillum, inquam, antifissimum Archiepiscopum, preterea contra Dei amanissimum Episcopum Memnonem, blasphemias proferre. Itaque alias solus præses appellatur. Leo Epistola 47. ad Synodum Chalcedonensem, Prioris Ephesinae Synodi, cui sancte memoria Cyrillus Episc. præsedidit, in Nestorium specialiter statuta permaneant.

XXXVI. Et tamen Bellarminus: Certum est præsedisse Romanum Pontificem per Legatos suos. Et citat testes: Euagrium li. i. c. 4. Photium in libro de septem Synodis: Prosperum in Chronicō: Nicēphorem libro 14. c. 34. Liberatum breuiarii c. 5. Iustinianum in edictō: Nicolaum primū in Epistola ad Michaelēm: Celestīnum, epistola ad Cyrillum, quæ est in Actis Synodi. Pugnat etiam sex argumentis. Primo, quia Prosper dicit, Nēstorio præcipue restitisse Cyrilli industriam, & Celestini autoritatem. Secundo: quia Celestīnus vices suas Cyrillo mandet, multo antequam legati ceteri mitterentur. Tertio, quia Nicēphorus dicat adeo magni fecisse Orientales hoc legationis priuilegium, ut deinceps Cyrillus mitram & nomen Papæ acceperit, atque ut iudex vniuersi orbis appellaretur: & ea ornamenta ad successores transmiserit. Quarto, quia Cyrillus in Epistola ad Constantinopolitanos scribat, si Nestorius intra terminum à S. Celestīno præscriptum non resipuerit, communione Ecclesiæ priuandum. Quinto, quia ipsa Synodus, apud Euagrium lib. i. cap. 4. & in ipsa sententia, quæ est in actis, dixerit, se cum aliis canonibus, tum præcipue literis Celestīni necessario compulsam ad sententiam contra Nestorium. Denique, quia ipsa Synodus scribens ad Celestīnum, reseruet iudicio Celestīni causam Ioannis Antiocheni, ut ipse in eum sententiam ferat. Quæ omnia (inquit) certa sunt argumenta, Celestīnum re ipsa fuisse præsidem ac pri-

sidentem: sed & iurisdictio: & assidentem per legatos: & quidem assidentem, v Africanos, & Illyricos.

XXXVIII. Et, quid tamen restes laudati? Nihil prouersus quod Bel-  
larmino faueat. Nemo enim est eorum, qui Celestino praesidendi partes  
deserat: præter Nicolaum primum, si forte, qui magna Synodi Ephesinae pra-  
sulem, vocat. Sed, ut taceam Synodi praesulem esse unum ex praesulibus, qui  
Synodo acquiescunt, vel etiam ab eius partibus fuerunt: certe cum ei  
fidem habeamus maiorem quam aliis, nihil est cauise. Imo, quis dubitet  
longe certius de eadem re iudicari ex actis ipsius, quam ex relatione eius  
qui post rem gestam vixit seculis integre exactis quatuor? Reliqui, Eua-  
grius, Nicophorus, Liberas, Celestinus, tantum docent Cyrillum fuisse  
legatum Romani Episcopi: Sed praesidentiam alii tacent ut Euagrius, Ni-  
cephorus, alii separant; Photius de septem Synodis. οὐδὲ οὐδὲ προστάτης ιερού  
εἰς τὸν Κέρκυραν μετέπειταν εἰναὶ. Ex quibus erant praefides, Cyrius ille celeberrimus inter Patres, qui propter virtutem sapientieque dimitias, magna ciuitatis Alexandria sedem obtinebat, καὶ τὸν Καλαύνιον ιερόν τὴν οἰκί-  
δην νέεται. Et Celestini Romani Pontificis implebat sedem, atque per sonam gerebat. Quomodo & apud Zonaram in id Concilium legas. Προστά-  
της τὸν διδόθεον πατέρας Σέργιον Κυριακόν Πάτρα Αλεξανδρεῖας, ἐπίχριστος τὸν  
τίτλον Καλαύνιον. Que verba perfide redditia Latine in Editione Paisiensi:  
Præsidente Orthodoxo Patribus pro Celestino Romano Pontifice Alexandrinō  
Papa Cyrillo.

XXXIX. Res autem ita se habent: Ante Synodum coactam, quum multa mouisset contra Nestorium Cyrillus, admonuit etiam Celestimum, a quo literas accipit, probantes qui eum dederat: & denunciantes excommunicandum Nestorium, quod, ut faceret Cyillus maiori cum ponderem atque autoritate, suas ei partes concedit: οὐκανθέοντες τοι τὸν τελεσθέντα θρόνον. ηγετητά τε τοπικού Διδαχῆς, ἐπὶ τοσούτων χριστιανῶν, ταῦτα επιβαῖνει σεβόμενος τὸν δοκίμασιν. Addita tibi auctoritate nostra sedes, nostra quo loci successio: cum dignitate viens, hanc sententiam cum exacta constantia exequaris. Cogitar deinceps Concilium. Ab initio Celestinus: nec scribit. Tum vero legatione Cyrillus vtitur: iraq; initia Actorum ita sunt, ut inter sedentes Episcopos, ipse nominetur in hunc modū: Κυρίλλος Ἀλεξανδρείας, διεποντος ἐπὶ τοπικής εἰσιτήρτης διοίκησισκός τὸν παραπομόνου επικλητινούς Cyrillo (sedente) Alexandria, qui etiam locum tenebat sanctissimi prissimique Archiepiscopi Ecclesiae Romanae. Qua verborum serie significatur, duplice nomine Cyrilum Synodo interesse, tum suo, tum Celestini. Quemadmodum in iudeis actis: Φλαυιαῖς Φιλίπποις, επίσητος ηγετος τὸν Γράφε τε διαδικαστὰ επικοινωνεῖ Flauiano Philipporum: obtinente etiā locum Russi venerabilis Episcopi Thessalonicensium. Postea vero mittit legatos suos Celestinus. Arcadium & Proiectam Episcopos, Philippumque presbyterum; ausquam nominato Cyrillo. Imo ante id tempus Cyrilus depositioni Nestorii ita subscriptis, Κυρίλλος επίκοινως ἀλεξανδρείας ιατρού. Cyrillus Episcopus Antiochia subscriptis: omissa legatione. Sed hoc vixunque sit: tamen Cyrillus duplē personam tuebatur: suam, & hanc quidem primam: tum Celestini. Si tantum hanc, tunc posset forte dici, präsidem fuisse non suo, sed Cyilli iure. At nunc consequentia est nulla, si dicas, Legatus fuit Celestini: ergo pro Celestino praesedir

XL. Prosper in Concilio Ephesino, nihil aut de Celestino , aut de Cy-  
rillo, aut villa legatione dixit. Sed aliquor annis ante ; quum de exortu  
Nestorii agit: *Huc impieati ( inquit ) precipua Cyrilli Alexandrini Episcopi*  
*industria, & Papa Celsi<sup>ini</sup> repugnat autoritas.* Hæc vero nihil ad præ-  
sidentiam: nihil ad legationem. Iustinianus in Edicto: *Ephesina Synodus, ch-*  
*iuu autores erant Celestinus, & Cyrus sanc*ta memoria:* significans, vel eco-  
rum impulsu & cura eam Synodum esse conuocatam; vel principes fuisse  
latæ in Nestorium sententia: siue præcipuas eorum partes fuisse in eo Co-  
cilio: quemadmodum in Epist. Synodi Nicenæ ad Ægyptios apud Sogra-  
tem cap. 6. li. 1. Alexander Alexandriæ dicitur *νίκησεν & ἐγνώσθη τὸ μαντεῖον,*  
autor & particeps actorum : quem tamen satis constat non fuisse præsidem.  
Quod si Cyrus præsedidit tanquam legatus ; & autor hic præsidem signi-  
ficat, profecto inepte loquutus fuerit Imperator, qui autores dixit: nam  
tum non duo fuisse præsides , Celestinus & Cyrus : sed unus tantum  
Celestinus per Cyrrilum; siue quod idem est , Cyrus nomine Celestini.  
Præterea , si legationis iure præsedidit , cur Arcadius, philippus, & Proie-  
ctus, nunquam dicuntur præsides, sed solus Cyrus? Nam in Chalcedo-  
nensi: *Præfuerunt ( inquit Cedrenus ) Leonis Papa Romani vicarij Pascasius*  
*& Lucensius Episcopi; Bonifaciusque presbyter.* Sic in Constantinopolitano  
sexto.*

**XLI.** Iam de argumentis quid dicam? Primum quidem & secundum tractatum est. In tertio Nicephorus testis est non in maior omni exceptio-  
ne. Itaq; cuius vellicatur autoritas à Baronio ad annum 430. paragrapho 26.  
& quoad Papæ nomen, q; erat cōmune: & quoad iudicem vniuersalem: q;  
non ita solitum sit legatis concedi: & quoad propagationem ad posteros:  
cuius nullum sit exemplum Cæterum Balsamon de mira non consentit  
nam phrygium potius appellat. Ita nihil certi. Ac sane Nicephorus vide-  
tur noluisse hanc rem præstare: cum originē ad famā refert; id est, fabulā.

q. i nullius criminis erant conuicti. Verum ut eius insolentiam patientia vincentemus, si maxime omnium iure id est passurus, reseruauimus iudicio tua pietatu. Et quidem interea, eos communione priuantes, & abdicantes omni autoritate Sacerdotali. Vnde appareret. & quid sit reseruatum, & cur reseruatum. Testatur enim Synodus le interim excommunicare, ac depone: quæ quidem, si non est damnatio, quid esse potest? Quo difficilium intellegas quid sit reseruatum Celestini iudicio. Nisi forte, vel exequutionem dicas tentiæ, tum quidem conceptæ, sed ita tam eni. vt videret Celestinus, quando exequutioni mandata esset: vnde hæc, ut ipse Eustochium Constantiæ, & Apollinarium Alexandrinum: vnde patet agere de primo praesidentiæ generè, quod erat commune omnibus Patriarchis.

XLIX. Quare iam tandem, quum nec illas proferant scriptas tabulas, quibus fidem faciant Romani Episcopi, ius suum esse præsidendi omnibus Conciliis: & nos exempla habeamus illustria in contrarium, quod stat, quominus concludamus, propositi argumenti minorum esse falsam: ac proinde non posse inde probari Oecumenicum Pontificatum.

## C A P. XIII.

## De Institutione &amp; Confirmatione Episcoporum.

I. Sequitur argumentum septimum: Quicunque Episcopus toto orbe instituit, & confirmavit Episcopos, is fuit Oecumenicus Pontifex. At Episcopus Romanus toto orbe instituit, confirmavitque Episcopos: ergo fuit Oecumenicus Pontifex. Et probat a sumptum, exemplorum inductione. Maximum Antiochenum Leo confirmasse dicitur; actione septima Concilij Chalcedonensis. Anatolium Constantinopolitanum Leo ipse scribit Imperatoris auxilio & sui favoris assensu, adeptum esse Episcopatum; Epistola 54. Nonaginta Arianos, Antiochianos contra Athanasium coactos, postulantes à Iulio, ut eos comprobare & confirmare dignarentur, quos pro Athanasio, Paulo, Marcello & aliis substituerant. Gregorium magnum Epistola 34. libri 5. querentem Salonianum Episcopum ordinatum se inscio. Leonem ad Anastasiū scribentem, velle se, ut electionem confirmaret Episcoporum, tanquam Romanæ sedis vicarius.

II. Respondeo, diuersas esse Institutionem & Confirmationem Episcoporum; ideoque distincte examinandas. Et Institutionem quidem Nicæna Synodus provincialibus tribuit: vel omnibus maxime, vel tribus saltrem, sicut tamen ut reliqui per literas consentiant. Is quartus est eius Synodi Canon; ad cuius finem additur, τὸν καὶ τὸν προστάτην τὸν επίσκοπον τὸν μητροπολίτην, τὸν δὲ αὐτοῦ προστάτην vero confirmatione cœcedatur per singulas provincias metropolitano. Itaque tum nihil Romano pontifici permittetur ultra fines sue diocesis: ut nec Constantinopolano, Alexandrino, Antiocheno, ceteris.

III. Excurrit ille quidem aliquando ultra suos limites, & in variis orbis terrarum provincialibus Episcopos instituit. Sed primo de facto, non de iure. In Ecclesiæ autem politia constituenda, nunquam attendendum quid sibi quis permisit: sed quid permettere debuerit. Itaque cum habemus disertas iuris tabulas, fructu facti quasdam calumnias colligas. Secundo, quæ sibi sic Romanus arrogauit, non sunt ab initio, sed longo tempore: adeo, ut primum exemplum repeatatur a Leone, qui vivit annis quattuorcentis quadraginta post initium Ecclesiæ. Quare integras sunt quatuor secula, quibus nulla eiusmodi fuit eius autoritas. Quis autem dubitat id esse verius, quod prius?

IV. Sed ne reliquos quidem Episcopos sele intra suas dioceses continuisse, facile doceo, allatis itidem exemplis ab Historia Ecclesiastica. Athanasius Frumentio sanctum Episcopatus munus impertit, mittitque ad animos Indorum pietatis doctrina excolendos: apud Theodoreum historiæ l. 1. c. 23. Idem apud Sozomenum l. 3. c. 20. non tantum in Ægypto, sed et per alias nationes iter facies quotquot sectæ Arianae deditos agnoscet, eos abdicabat: quorum vero fidem habebat explorare cognitam, & probatam, illis Ecclesiarum credebat administrationem. Epiphanius, in Meletiani, restatur Meletium, qui tantum erat Episcopus, multis ordinasse, Eleutheropoli, Gazæ, arque etiam Eliæ, id est, Hierosolymis. Lucifer Caralorum in Sardinia Episcopus, Paulinum Antiochianum Episcopum constituit, apud Sozomenū l. 3. c. 4. Acacius Cæliensis Eudoxium Constantinopolis Episcopum renunciavit, apud Socratem l. 2. c. 33. Apud eundem l. 4. c. 16. Euzoius Cōstantinopolitanus Luciū Alxandriæ collocat. Theophilus Alexandrinus Ioannem Chrysostomum Constantinopolitanum designat, apud Socratem lib. 6. c. 2. Sozomenus lib. 3. c. 6. scribit: Theogni Nicæno, & Theodooro Heraclensi, Maedonum Ecclesiæ Constantinopolitanæ designatum Episcopum. Idem lib. 7. cap. 9. Maximum Cynicum, in eadem Ecclesia constitutum ab Ægyptiis. Denique Moses, cum nollet à Lucio Alexandrino ordinari, deducitur ad episcopos exultantes, à quibus constitutus Episcopus Saracenorum: apud Sozomenum libro 6. c. 38. Quid plura? Longe ante omnia hæc exempla, Ignatius ad Philadelphios, Ἀπόστολος μηδεποτέ τῷ ἐκκλησίᾳ τῷ Αγιοῖς οὐδὲ τῷ Συνάντησιν εἰς ιωνίαν, οὐδὲ τῷ θεῷ, χριστοῦ επιτομον, εἰς τὸ πέρατον τοῦ οὐρανοῦ προσελεύει. Nunciatum est mihi pacem habere Antiochenam Ecclesiam, que in Syria est. Decut itaque vos, ut Dei Ecclesiam, eligere episcopum, ut obeat illi legationem Dei.

V. Hæc omnia viam patefaciunt ad argumenti solutionem. Primum enim nullo antiquo Canone plus iuris conceditur Romano in Episcoporum creatione, quam cuilibet reliquis: quandoquidem singuli Episcopi iubent ordinari à provincialibus. Quare minor est falsa, quæ asserta Romano ius fuisse Episcoporum constitutendum ubique Gentium. Secundo, si neglectis canonibus ad usum deueniamus, is docet etiam alios Episcopos sacerdotem ordinationes fecisse extra suam prouinciam: quare negabitur, vel id quod necesse est sumi ad probationem minoris, scilicet, item esse, extra suam prouinciam constituere varios Episcopos, & ius habere ubique gentium constituendi Episcopos. vel certe maior, utne sit verum, eum qui ius habeat constituendi Episcopos ubique gentium, esse Oecumenicum. Nam si hæc non possunt ita negari, sequitur, & Athanasiū, & Luciferum, & alios iam nominatos, fuisse Oecumenicos, quod est falsissimum.

## LIBER DECIMVSTERTIVS CAP. XIII.

267

VI. Quod autem Sandrus afferit lib. 7. Monarchia Visibilis, Luciferum, tum cum Paulinum ordinavit, fuisse legatum Romani Episcopi, ac proinde id fecisse ex illius autoritate, facilius refellitur, quam audacius assertur. Socrates enim, Sozomenus, & Theodoretus, a quibus eam habemus historiam, eius autoritatis ne meminerunt quidem. Et quis Sandru concessit, ut ille melius eam rem, ut gesta est, norit? Sed Nazianzenus (inquit) Luciferum, & Eusebium dicit, ex vibe Roma missos Cœfarem: & Hieronymus, à Liberio ad Imperatorem legatum fuisse. Respondet, ea non pertinere ad eam historian. Nam historici diserte notant, ea Luciferum gessisse, cum rediret ab exilio, non autem cum legatione fungetur.

VII. Porro, quod Gregorius querebatur de Salonicano, Stapleronus ipse solutionem sufficit. Episcopi (inquit) Occidentales à Romano, tanquam proprio Patriarcha, antequam ordinarentur, confirmari soliti sunt. Faciebat igitur suo iure Gregorius. Nam Salonicana ciuitas erat in Illyrico: & Illyricum vna erat ex prouinciis, Romani episcopi curæ subiectis. Nam etiam Macedonia, quæ est ultra Illyricum, cuiusque Metropolis erat Thessalonica, ad eundem pertinebat, ut sumus paulo post ostensuri: ptoinde nihil est mirum, Leonem voluisse eius prouinciæ episcopos ordinari a suo vicario.

VIII. Venio ad alteram partem argumenti, quæ est de Confirmatione. Errespondeo, Romanum Episcopum confirmasse, vel suos, id est, qui sibi essent commissi, vel alienos. Suos confirmasse nemo debet aut negare, aut mirari, ut dixi, Canon Nicænus quartus, τις καὶ τὸν προκατόνα τριβορεῖ cil bei Merropolitano. Quod tamen ille produxit paulatim longe latius, quam siebat ab initio. Nam, cum in Occidente plurimæ essent præter Romanum Metropoles, non dubium est, per singulas prouincias va- luisse autoritatem Metropolitanorum: quæ tamen nulla est iam pridem. Itaq; sic Krantz Saxon lib. 6. c. 16. Nec dum Romana Ecclesia tantum fibi in omnes omnium prouinciarum Ecclesias vendicabat: ut nis confirmatione Apostolica, Episcopus non haberetur legitimus. Id enim posteriora tempora ademerunt. Nec ibi quievit Ecclesia Romana, donec annatus quoq; fibi omni Christianismo aduocaret. Et Metropolis lib. 7. c. 45. Nihil tum opus erat Apostolica confirmatione. Satış erat electionem ab Archiepiscopo comprobari. Nunc ad se omnia Ecclesiarum iura traxit Romana Ecclesia. Et li. 8. c. postremo, Rediis Ecclesia Mindensis in possessione libertatis sue, ut iuxta prima tempora, vacantes Ecclesias prouiderent per electionem capitula. Sed eam libertatem conquisitam Romani Pontifices per multas reservationes: per confirmationes, quas fibi soli attraherant, cum ante permittenter Metropolitanis, cuique in sua prouincia.

IX. De alienis, non est etiam difficultis responso. Non enim solius Romani consuetudo fuit, ut extra suam diotionem Episcopos confirmaret, sed etiam aliorum. Mutuo enim sele confirmabant Episcopi, quod his exemplis demonstrati factum. Ambrosius Mediolanensis, cuius electio paulo fuerat in solentiori, ut pote ē Catechumeno subito factus Episcopi, 82. Epistol Ordinationem meam, inquit, Occidentales Episcopi iudicio, Orientales etiam exemplo comprobavunt. Theodosius Imperator apud Theodoreum li. 5. c. 23. restatur omnes Ecclesias Orientis, item Asianas, Ponticas, Thracias, cum Flauiano communicare, eiq; scadixisse. Gregorius Prebyter in vita Nazianzeni restatur, Πέτρον επίσκοπον τῷ Αλεξανδρείων μητροπολιῶν τοῖς ἀλλαγέντοις τοῖς Καισάρειοις πόλεσι δέχεται βασιλεὺς Petrum Episcopum Alexandrinum scripsisse ad Gregorium magnū, confirmingando ei Constantinopolitanum principatum: quæ verba torquent Billium, in luce clara evocante. Auguratur enim id ideo factum, quia ex decretis Nicænis, sedes Alexandrina post Romanam secundi honoris priuilegium teneret. Modo iste tamē: dubitans, non affirms. Et sane nemo haec tenus adeo fuit oculatus, ut suscipiatur hac ἀπόστολus confirmationis inferri. Sed & Meletius, rest. Theodoreto li. 1. c. 8. eundem Nazianzenum confirmavit, οὐδὲν γάρ τις τοῦ Γρηγορίου τοῦ Καισάρειον πόλεων ἀπόστολος, confirmingauit diuinissimum Gregorio Constantinopolis praesidētā. An erat Meletius post Romanum secundus? Sed est illustrissimum testimonium Cypriani epistola 45. ad Cornelium, qua docet ipsam Cornelii ordinationem confirmatam ab omnibus Episcopis Africanis. Verba sunt, Placuit, ut per Episcopos, resonata nobis veritate, & ad comprobandum ordinationem tuam facta autoritate maiore, sum demum scrupulo omni de singulorum peccoribus excuso, per omnes omnino isthinc positos literas fierent, sicuti sunt, ut te uniuersi collega nostri, & communicationem tuam, id est, Catholice Ecclesiæ unitatem, pariter, & charitatem probarent firmiter, ac tenerent. Quod diuinius euenisse & consilium nostrum prouiderant profecisse, gaudemus. Scenim nra Episcopatus tui, & veritas pariter, & dignitas apertissima luce, & manifestissima, & firmissima comprobatio fundata est. Hinc apparet, non magis a confirmatione, quam ab institutione Episcoporum, sum posse argumentum ad confirmandum Oecumenicum Pontificatum.

X. Sed hæc confirmatione Romani Pontificis (inquit Stapleronus) non erat solum consensus aliquis de congruo: sed erat approbatio necessaria, sine qua verus, & pacificus esse non poterat, qui ea carebat. Imo inquam erat duntaxat assensus, quo electio facta significabatur placere: sic enim Leo Anatolium restatur factum Episcopum, sui fauoris assensu, hoc est, quia ei electo favorabiliter assensus sit. Atque huic consensu ipse latius describit ad eundem Anatolium Epistola 38. Ut per totum mundum vobis sit unus communio integrus, in qua societatem eius dilectionis amplectimur, & gestorum que sumptimus seriem, necessariis munitam subscriptionibus approbamus.

XI. Iam quod ait Stapleronus, non potuisse Episcopos esse securos de sua dignitate, quandiu carerent ea confirmatione: primo falso est de primis Ecclesiæ seculis: in quibus nullum tale extat exemplum. Nam, cum infiniti dicantur Episcopi ordinati, tum nemo unquam legitur Romanusque, aut profectus, aut misisse quenquam, ut inde confirmationem referret: qui tamen suas Ecclesias in multa pace administrarent. Secundo posterioribus seculis factum est verum. Quia, qui Episcopum non probabant electum, faragebant ut Concilium cogeretur, quo id deponeretur. Et quidē ita factum, ut neii quidē quorū Romanus partes fousbar, securi essent in suo throno. Sic n. Chrysostomus à Theophilo

depositus est. Sed ne Romanus quidē deponere semper, quos voluit, potuit: ut patet in Flauiano Antiocheno apud Theodoreum li. 5. c. 2, Flauiano n. Episcopo ordinato, opposuerunt se tres continua serie sibi succedentes Romani, Damasus, Syricus, Anastasius: apud Imperatorem importune instantes, ut ne cum patetetur esse Episcopū. At auditū Imperator in patria reuerti & Ecclesiæ sibi cōmissam sedulo pascere iubet: contradicentesq; Romanis opponit consensum Ecclesiæ Orientis, Asiae, Ponti, Thraciæ, que cum eo cōmunicabat. Atq; ita tandem imperatur, ut Episcopi Occidētis simulatē deponerent, & legatos à Flauiano admitterent.

XII. Ex quibus, & quæ sit confirmatio, apparet, & quanta in ea fuerit Romaoi autoritas. Primo enim, quod Imperator iactat consensum Oriētium, Thracum, Ponticorum, Asiaticorum: ita significabat ab iis Anatolium confirmatum. Deinde quod eum consensum opponit Romanorū oppositioni, siue, ut Theodoreus maxūl, simulatē ostendit non esse tantam horum autoritatem, ut aut sola debeat attendi, aut reliquis omnibus opponi: quod scelerate fieret, si omnia confirmationem soli Romano iuria peimuterent. Tertio, ei ipsa confirmatione Romani, non aliter describitur, quam ex simulatē deposita, id est, consensu præstito, & legatorum admissione, quæ testis erat integrate communionis. Quarto, apparet mullos annos Flauianum in Episcopatu suo perseverasse, in iuris Romanis. Nam Syricus, qui mediū est inter Damasum, & Anastasium, sedem tenuit annis 15. Photius etiam docet id dissidium durasse annos 20. Quo tamē tempore, & erat, & habebatur verus Episcopus, quanquam non confirmatus. Imo tandem oportuit Romanum iram remittere: & quod tollere non poterat, suo conseilu approbare.

XIII. Nec diuersum Anatolii exemplum. Quid enim dicit aliud Leo epistolis illis 33. & 34. quam se nihil voluisse de eius ordinatione temere scribere in alti tutram partem? Hoc vero non significat Anatolium non esse Episcopum, donec eum Leo confirmaret. Nam quosq; ordinatio? Aut quis nescit differentiam inter electionem, & ordinationem? Aut quis ignorat confirmati id quodiam est, non autem quod non est? Imo ipse Leo haud aliter suam confirmationem describit, quam fraternalē charitatis præstatione. Sanc ad eum ipsum Anatolium scribentis hac de re hæc verba sunt, Ut per totum mundum una nobis sit unus communio integrus, in qua societatem eius dilectionis amplectimur.

XIV. Nulla igitur esse potest in hac, siue institutione, siue confirmatione Episcoporum, Oecumenici Pontificatus prærogativa.

## C A P. XIV.

### De depositione, & restitutione Episcoporum.

I. **O**crum argumentum. Quen penes estius Episcopos in qualibet orbis parte destituere, & destitutos restituere, is est Oecumenicus Pontifex. At penes Romanum id iuris fuit. Ergo is est Oecumenicus. Assumptum probatur exemplis, Marcianni Atelatenis ex Cypriano: Anthymi Constantopolitanus ex Liberato, & Zonara; Dioceconi & Petri Alexandrinorum ex Damaso; Flauiani Antiocheni ex Theodoreto: Polychronij Hierosolymitani ex tomo primo Conciliorum. Destituti illi fure. Restituti autem Basiliades a Stephano apud Cyprianum Epistola 78. Athanasius à Julio primo, itemque Paulus Constantinopolitanus, Marcellus Ancyranus: apud Sozomenum libri 3. c. 7. Theodoreto à Leone, Actione i. Concilij Chalcedonensis.

II. Respondeo, argumentum esse præcedenti simile. Sed agamus prius de destitutione. Primo, in exemplis valde peccatur. Marciannum Arelatensem nusquam constat à Romano depositum. Sic quidem Cyprianus Epistola 67. ad Stephanum, Dirigantur in prouinciam, & plebem Arelaten consentem à te litera, quibus abherto Marcianno, alias in locum eius substitutatur. Sed hæc perperam intelliguntur, quasi iis literis continetur depositio Marcianni, & alterius substitutio: cum sint potius ex his præcedentibus exponenda. Quapropter facere to porcet plenissimas literas ad coepiscopos nostros in Gallis constitutos, ne vltra Marciannum pernicacem, & superbum, & divina pietatis, ac fraternalē salutis inimicum collegio nostro insultare patiantur. Sentus erat igitur Cypriani, non ut Stephanus scriberet se Marciannum deposuisse: sed Episcopos potius eius prouinciae admoneret, esse deponendum.

III. In Flauiani historia etiam dupliciter mentitur Bellarminus: primo, depositum fuisse: quod nusquam Theodoreto dixit: sed contra potius, ut paulo ante explicuimus. Secundo, non potuisse suum Episcopatum tenere, antequam Romanus placatus consenseret. Contra enim Theodoreto restatur Imperatorem, postquam is ei libere suum animum aperuerit, admiratum sapientiam, auctiūque magnitudinem, iussisse in patriam reuerti, & Ecclesiæ sibi cōmissam sedulo pascere. Ceterum eius causam suscepisse contra Romanum. Eventum autem hunc fuisse, ut Flauianus quidem ipse nulla re cederet, sed Romanus deponeret similitatem: quam etiam non leviter suggerauerat Imperator: ostendens nulla iusta causa Romanum iram concipere. Greci tamen contra contendit: & depositum fuisse Flauianū. & ita dictum à Theodoreto, hoc tamen sensu, ut depositus dicatur, quia ante cōstitutionem fuerit eius im̄p̄bata electio. Sed verū à Theodoreto nusquam dici depositū Flauianū & contra contendentis Greci nimia est æssia. Deponi eum, cuius electio improbarur, nunquam dictum: neq; Sophisti ita permitteadum pro arbitrio ludere. Tum enim quilibet alium dici posset deponere. Quis enim non potest alterius electionem improbarē? Ceterum nemo cordatus Flauianum conceder depositū, qui sciet eū pacifice suam Ecclesiæ exisse ad obitū & que.

IV. Polychronij Hierosolymitani historiam iterum falsauit Bellarminus, cum dixit à Sixto fuisse missis legatis destitutum. At constat, primo Sextum coegerisse Synodum Romæ, ex cuius decreto missi sunt octo legati Hierosolymam: non ergo ipsum solum propria sua autoritate id negotiū esse aggressum. Deinde hos legatos, non ipsos, aut sua, aut Sixti autoritate, Polychronium destituisse: sed collectam fuisse Synodum leprotaginta, aut co amplius Episcoporum vicinorum: horumque suffragiūs negotiū conlectum, Diolcorum à Synodo Chalcedonensi depositum ipsa testantur

testantur acta: et si illud etiam verum, quod ex Gelasio citatur ad Episcopos Dardanicas, auctoritate sedis Apostolicæ fuisse damnatum. Enimvero aliud est damnare, aliud deponere. Præterea ipsa depositio in Synodo facta est p[ro]æsentibus legatis Romanis: ac proinde auctoritate Leonis, ut, & reliquorum qui Concilio intererant.

V. Secundo: constat ex Ecclesiastica histotia Episcopos ab Episcopis vltro citroque deponi solitos esse, atque etiam Patriarchas a Patriarchis. Apud Socratem libr. 1. cap. 25. Eu[stathius] o[ste]r Nigund[ius] post[m]a d[icit] ipse[us] et i[n]tra. Alexander Constantinopolitanus, λέγεσθαι εδόκει καταρράκτην αὐτού, ει πάνες οὐγονίας δίγνης τούτου. Sape, & grauiter interminatus est Alexander, se quā primum eum Episcopatu abdicaturum, si non Arium cum suis in communionem recipere. Libro item 2. cap. 23. Acacius Cæsariensis Macdonium Constantinopolitanum de Episcopatus dignitate deicit Lib. 6. cap. 9. Theophilus Alexandrinus omnes neros contendit, ut Ioannem de Episcopatus gradu deturbaret: lib. 7. cap. 33. Cyrus adiuncto sibi Iuuenali, Ioannem Antiochenum abdicat Apud Theodoreum lib. 2. cap. 10. Imperator mandat Episcopis, qui tum aderant Constantinopoli, ut Stephanum abdiceret Episcopatu: cap. 27. Acacius Cæsariensis, Cyrius Hierosolymitanum & abdicavit, & Hierosolymis expulit. Apud Sozomenum lib. 3. c. 11. Episcopi Orientis Iulium Romanum, Osium Cordubensem, & Maximum Treurensim abdicarunt, cap. 20. Athanasius quoque se se Arianæ deditos agnoscebat, abdicabat, non in Ægypto tantum, sed & per alias nationes, etiam ad se non pertinentes.

VI. Quid mirum ergo, si Romanus, qui sibi semper vigilabat, ausus est aliquid huiusmodi: et ausus, inquam: Nullas enim omnino proferri potest Canon, quo id ei probetur licuisse: quemadmodum ne reliquis quidem. Quid est ergo, quo magis illum quam reliquos dicamus esse Occumenicum? Sunt enim vtrinque pares. Neutri Canonem nullum habent: vtrique de facto id sibi arrogarunt. Sed & hoc notandum: nulla illa exempla esse ex prima antiquitate: sed omnia post Nicenam synodum: cum contentiones, & schismata, & partium studia inter Christianos, nimium nimiumque valere coperunt.

VII. De restituione: dem prorsus iudicium. Quemadmodum enim non solus Romanus Episcopos instituebat, confirmabat, destituebat: sic neque restituebat solus. Socrates libro 2. ca. 18. testatur, Asclepam à Concilio Sardicensi esse admissum, quia commenta ius ostenderet, ex quibus constabat Eusebium Pamphilum cum aliis nonnullis, tū eius causa diligenter cognouisse, tum ei proprium d[icit] gradum reddi: diffe. capite 19. Maximum Hierosolymitanum conuentu acto, Athanasio, & communionem derulisse, & dignitatem tribuisse. Libr. 7. c. 33. Cyrius Alex. andrinus, & Ioannem Antiochenum, depositis inimiciis, & amicitia reconciliata, sedes episcopales alterum alteri restituisse. Quid mirum, si quid simili Romanus ausus est?

VIII. Erat autem ea restituendæ sedis ratio aliud nihil, quam testari se pro episcopo agnoscere cum, qui esset destinatus: non vero realis, ut ita dicam, introductio in ipsam sedem, hoc est, in administrationem eius Ecclesie, unde erat de turbatus. Quod ab exemplis iam allatis facile intelligitur. Nec enim Maximus Hierosolymitanus quicquam habebat iurisdictionis in episcopatum Alexandrinum, ut sua auctoritate ei sedi Athanasium restitueret. Nec Cyrius Ioannem, aut Ioannes Cyrius reali restitutione potuit sua sedi reddere: cum certum sit, nullam fuisse alteri in alterum autoritatem: sed & neutrū vñquam, aut expulsum fuisse a sua Ecclesia, aut etiam intermissoe functiones episcopales. Erat igitur Ioannes semper episcopus, sed Antiochenis, nō Cyri. Cyrius etiā semper episcopus: sed Alexandrinus, non Ioanni. Depositis vero inimiciis, alter alteri sedem restituisse dicitur, id est, Cyrius testatus se Ioannem agnosce pro episcopo: & vicissim Ioannes Cyrius.

IX. Sed & Athanasius à Iulio restituti exemplum hue facit. Nam Sozomenus Athanasium dicit à Iulio primum in communionem receptum vna cum Paulo Constantinopolitano, Marcello Ancyrano, Asclepa Gazæ, Lucio Adrianopolitano: & restitutas eis Ecclesias, literalesque scriptas ad Orientales, quibus accusabantur, quod non recte iudicasse, Ecclesiasque perturbassent. Non fuisse autem restitucionem realem, inde apparet, quod non sint admissi ab Orientalibus, qui potius grauiter increparunt Iulium: atque adeo Athanasium necesse fuit Romana regredi: ac tandem, cum videret se Iulius literis apud episcopos Orientales nihil promouere, causam derulit ad Constantem Imperatorem, teste Sozomeno libro 3. c. 9. Constat autem scriptis ad Constantium fratrem literis, quibus ei bellum minabatur, nifios recuperet, efficit, ut testitueretur Athanasius Alexandrinus. Addo apud Cyprianum non legi, Basilidem esse restitutum suæ Ecclesie: contrarium potius colligi: ex eo, quod hortatur Cyprianus Hispanos, ne acquiescerent Stephani iudicio, laudans quod pro Basilide alium ordinassent.

X. Quare hoc, quicquid est, siue iuris (quod tamen nullo Canone nititur) siue facti, in quo quis neget facile peccari potuisse: id nihil Occumenicum Pontificem iuuat.

## CAP. XV.

### De Consensu cum Romano Episcopo.

I. Num argumentum: Si, qui Romano episcopo consentiunt, sunt Catholicæ; qui dissentient, hæretici: Ergo Romanus Episcopus est Occumenicus Pontifex. At verum prius: ergo, & posterius. Bellarminus lib. 2. de Pontifice, cap. 16. Antecedens probatur ex Ambrosio, oratione in Satyrum, Percontatus Episcopum est, si cum Episcopis Catholicis, hoc est, si cum Romana Ecclesia conuenient. Cur, quæso, Episcopi Catholicæ non sunt, nisi, qui cum Romana Ecclesia conuenient: nisi, quia Romana Ecclesia caput est Catholicæ Ecclesie? Ex Hieronymo ad Damnum, Quicunque tecum non tollit sib[er]git, hos est, qui Christi non est, Antichristi est. Etrusus, Ego

intersim clamito, si quis cathedra Petri iungitur, meus est. Item, Ego nullum p[ro]mum, nisi Christum sequens beatitudini tua communione consenserit.

II. Respondeo, negati consequentiam. Prima ratio: Quia antecedens non est perpetuum: nempe sic, ut quicunque consentit cum quocunque Episcopo Romano is sit Catholicus: hæreticus, qui contra. Nam Sergius Constantinopolitanus Patriarcha, communicauit, quādiu vixit cum Honorio Romano, & tamen damnatus est post mortem, tanquam Monothita: nec tantum ipse, sed & cum eo Honorius. Et quamvis strenue pugnent Papistæ, nō fuisse Honorium, aut hæreticum, aut etiam damnatum, tamen fatentur Sergium, & damnatum, & hæreticum Nec possunt tamen negare, communicasse cum Honorio. Itaque saltem, tunc temporis non erat Catholicus, quicunque communicabat cum Romano. Liberius post exilium communicauit cum Ariani: communicauit etiam Felix: nec tamen Ariani sunt vñquam habiti Catholici. Contra, Cyprianus acriter disserit à Stephano, & tamen teste Augustino, vnitatem seruauit Ecclesiæ. Flavianus Antiocheno noluerūt communicare plurimis annis Damasus, Surius, Anastasius: & tamen fuit Catholicus. Quare, si aliquando nō comunicarunt aliqui cum Romano, tamen Catholici, & rursus communicaerunt cum eodem aliqui, tamen hæretici: sequitur Episcopum Romanum, non esse caput Ecclesiæ: non esse Oecumenicum.

III. Secunda ratio: quia qua producuntur, exempla sunt particularia. Nullo enim loco apud antiquos Patres hoc reperitur positum Canonis loco, vt i[n] omnes semper habeantur Catholicæ, qui contentient cum Romano, aut hæretici, qui dissentient. Quare, quæ apud Ambrosium legituntur. & Hieronymum, atque alios, intelligenda sunt ex hypothesi. Habent enim profundamente circumstantiam personarum: nempe, quia tunc Episcopi, qui prærerant Romæ, erant Catholicæ: ac proinde qui cum iis communicabant eos saltem verisimile erat, non esse hæreticos: quia non solent hos illi in suam communionem admittere.

IV. Tertia ratio: quia horum particularium exemplorum magnū numerum inuenire licet apud antiquos Augustinus in primam loā tract.

2. Si Christiani Catholicæ fuisse, communicare cum illis Ecclesias, unde Buangelium toto orbe diffunditur. Erin breuiculo collationis tertij dici, cap. 4. Testimonia ex lege, Prophetis, & psalmis, & Apostolis atq[ue] Euangelio litteris de prompta fiant, quibus ostenditur Ecclesia Catholicæ per totum mundum diffundi, incipiens ab Hierusalem, unde in propinquâ, & longinqua crescendo, etiam in Africâ venit, & in alia loca, & ciuitates, per quas primus dilatata est: in quibus multis Ecclesie ad ipsam unica perirent Apostolico labore fundata sunt, quibus Donatistas non communicare manifestum est. Ergo tempore Augustini, qui communicabant cum Hierosolymitanæ Ecclesia, erant Catholicæ, qui non communicabant, hæretici. Apud Eusebium libr. 7. Historia Ecclesiastica, cap. 24. Aurelianus Imperator præcipit, ut domus ecclesiæ illis tribuerentur, quibus Christiani Italiae, & viribus Roma Episcopi tribuendas præscriberent. Apud Sozomenum lib. 7. c. 9. Theodosius Imperator lege sanxit, ut Ecclesiae vbius Gentium collecta illis committerentur, qui in substantiis trium personarum eadem dignitate, eademque potentia prædictarunt, vnam & eandem confitentur diuinitatem Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Hos porro esse, qui congruerent in fide cum Nectario Constantinopolitano in Ægypto cum Timotheo Alexandriæ: in Orientalibus Ecclesiæ cum Diodoro Tarsensi, & Pelagio Laodicensi in Syria: apud Asianos, cum Amphilochio Iconiensi: in Ponto, à Bythinia ad Armeniam, cum Hollandio Cæsariensi: in Cappadocia, & Gregorio Nissæ, & Otreino Melisla. In Thracia, & Scythia, cum Terentio Tomorum, & Martyrio Marianopoli. En tibi decem episcopos per vniuersitatem orbem, quorum communicatio erat argumentum Christiani. Et ut mirere, in iis decem, nusquam Romanus est: & hoc in edicto Imperatorio. Quid? quod legis apud Basiliū epistola 75. o[ste]r τὸν ἀγρὸν τοῦ νέον διοτρόπων, μὴ λαζαρεῖ τὸν τόνον τοῦ ἀγροῦ, μίσος τινῶν τοῦ οὐλαγού, διαπηγόν. Qui fugit meam communionem, nū scitote se ipsum abscondere ab vniuersa Ecclesia. Nunquam quicquam fuit magnificens dictum de Romano.

V. Liberius ad Orientales episcopos scribens, apud Socratem lib. 4. ca. 11. Vestræ, inquit, litera nobis maximam letitiam attulerunt: id adeo in primis, quod vestras sententias, & opiniones, tum cum mea qui insimus omnium sum, tum cum aliorum Episcoporum Italia, ceterarumque omnium regionum versus Occidentem sententias consentire, concordareque ostenderunt, atque adeo confirmarunt. Cyrus ad Nestorium Αὐτὸν τὸν ἐγγένεον τὸν συμφέροντα γογγόν, ὃν τὸν ἀνθρακότερον τὸν τοῦ οὐλαγού φέρει, τὸν διδόγεις, τὸν τοῦ μετεποτοῦ, οἰτε τὸν τοῦ ιοπίρου, τὸν τοῦ εἴσαντον τοῦ διδόγειος, τὸν τοῦ γύρηρος. Conseguens est, ut scripto, & cum Sacramento confitante anathematisare tuap[er]versa, prophanaque dogmata. Senjurum autem, & doctrinam eadem qua & nos, tum ad Occidentem, tum ad Orientem Episcopi, doctores, & populorum prefecti. Celestinus ad Cyrius prescribit Nestorion, ut intra decem dies, non solum sua damnet: sed & testetur, ταῦτα κατέχειν τὸν πίστιν τοῦ θεοῦ καὶ θεοφάνειαν τοῦ Ιησοῦ, τὸν δὲ τὸν πατέρα τοῦ Ιησοῦ, τὸν δὲ τὸν θεόν τοῦ Ιησοῦ. Se eandem fidem habere de nativitate Christi Dei nostri, quam tum Romana, tum sanctitatis tua Ecclesia, Catholicæque religio prædicat. Ergo, teste Celestinus ipso Romano Episcopo, tum temporis, non tantum Romana Ecclesia, sed etiam Alexandrina, erat norma (vitæ dicam) fidei. In Actis Synodi Chalcedonensis, Sacra est Marianiana, contra eos, qui nō credunt, ut trecenti decem, & octo sancti Patres trididerunt, Catholicam sanctâ fidem in Nicæa fundantes: velita, ut centu quinq[ue]nta, aliij venerabiles Episcopi, qui in hac alma urbe Constantinopolitanæ posse conuerterunt: & sicut Athanasius, & Theophylax, & Cyrilus, & anachoritæ Episcopi Alexandrinæ ciuitatis crediderunt. Denique, ne omnia colligam, Terrullianus in lib. de Præscriptionibus, cap. 37. Proxime est tibi Achæa habes Corinthum. Si non longe es à Macedonia, habes Philippas, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum: Si autem Italiam adiaces, habes Romanam: unde nobis quoque autoritas presto est.

VI. Hæc, cum ita sint omnia, non fuit igitur, aut sola Ecclesia Romana, aut solus eius Episcopus, cuius consensus, & communio, indicium fuerit Catholicæ fidei: quare propositi arguementi consequentia est fallax.

## LIBER DECIMVS TERTIVS, CAP. XVI.

### C A P. XVI.

*De Vicariis Episcopi Romani.*

**I.** Vnde decimum argumentum: Si Vicarios suos habuit Romanus Episcopus, habuit in variis regionibus, aut ordinarie, aut ad tempus, cum reservatione tamen maiorum causarum: ergo fuit Oecumenicus Pontifex. At verum antecedens, ergo & consequens. Probant consequentiam, exemplo regis missentis prorege in prouincias: quia inde intelligitur eas prouincias ei subiectas. Antecedens autem: quia Anastasius Thessalonicensis, Vicarius fuit Leonis per Orientem: ex Leonis Epistola octogesima quarta. Potentius in Africa, Epistola octogesima septima: Cyrilus Celestini, in causa Nestorij, & Ecclesia Constantinopolitana regenda, ex Epistola Celestini ad Cyriillum, & Cyrilli ad Clerum, & populum Constantinopolitanum. Acacio Constantinopolitano curam Aegypti mandatam dicat Gelasio ad Episcopos Dardanorum. Hormida Vicariū suum per Beticam; & Lusitaniam fecerit Salustum, ex eius Epistola ad eundem Iustinianam nouellam 131. Episcopum Iustinianam primā Vicariū Vigiliū dicat. Gregorius Epistola 52. li. 4. Vigilium Arelatensem Vicarium suum constituit per Gallias. Hac Bellarminus, capite 20. li. 2. Hardinus segn. 23. articuli 4. contra Hardingum: tres tantum obseruare voluit: unum Episcopum Constantinopolitanum ex Epistola Simplicii ad Academicum: alterum Episcopum Alexandrinum, ex Bonifaci Secundi ad Eulalium Epistola: tertium Thessalonensem, quem & Bellarminus.

**II.** Respondeo: primo, omnia illa exempla esse recentia. Nam antiquissimum non excede: et tempora Leonis Papae, id est, seculū quintū. Quod indicio est, antiquitus, haud ita factum, & nobis argumentum certum, quandoquidem posteritas deputanda sit, non esse legitimam in Ecclesia demonstrationem. Deinde nullus Canon profertur: ius nullum indicatur: tantum profertur factum. At non quicquid aliquis sibi usurpat, id in Ecclesiā vim legis habere debet.

**III.** Porro distinguo Vicarium, ne sophistice lector ludificetur ambiguitate vocabuli. Appellantur Vicarii seu Legati, qui aliquo mittuntur, ut partes agant eius a quo mittuntur ad certum tempus, atq; in certo negotio. Hoc modo nullos in Historia Ecclesiastica, quod sciam legatos nouimus Romani Pontificis, ad vsq; Melchiadē in Concilio Arelatenſi, cui interfuerunt Claudianus, & Auitus presbyteri, cumque iis Eugenius, & Quiriacus Diaconi. Sed ab eo tempore crebrum nomen in Conciliis: quo cum aut non possent Romani, aut ut Papistæ dicunt, nollent proficiisci, mitte: aut saltē quosdam cum potestate, ut locum tuerentur. Quod & aliis licet: non tantum Patriarchis: sed etiam Episcopis. Nam in Chalcedonensi subscriptiones leguntur. Philomehi Alexandrini in Cilicia per Alpium presbyterum Cappadociæ: Monani Claudiopolitanum, per Paulum presbyterum Longiani Sozopolis per Simplicium presbyterum: & aliorum. In Ephesina Flavianus Philippensis diserte dicitur, ἵπαξ τὸν πότερον Εὐαγγελίσατε εἰπούσης Θεοφάνειαν, τενισθέντον Risi venerantem Episcopi Thessalonicensis. In Chalcedonensi, Quintillus Heraclæ Macedonit, agens vices Anastasi Thessalonicensis: Lucianus Byzia, Cyriaci Heraclæ Thraciæ: Eusebius, & Constantius presbyteri, Anastasi Nicæ: & alii nonnulli aliorum.

**IV.** His finibus, alii fuere, quos Apocrifios dixere, barbaro nomine, ad Episcopum Romanum scriberent, quæcunq; oportebat illum scire, & ab eo responsa acciperent eorum, quæ erant aucti. Latine responsales dicebant. Sic Gregorius Epistola 36. & 8. lib. 4. de responsali loquitur suo, qui esset ad pedes Dominorum, hoc est, Imperatorum missus. Nempe, quia quotidie ocurrerant in aula Imperatoria plurima negotia, quorum oportebat Georgium non esse ignarum: & contra Romano multa erant in aula peragenda, quæ non poterant transfigi, absque certo procuratore. Quis mos tamen nullus erat, cum sece intrâ simplicitatis limites Episcopi coicebant. Sed tum inuestus, cum cœperunt πολυνηστριῶν. Atq; adeo in immensus tandem auctus. Nam hunc oīgo Legatorum, qui iam pridem Regum aulas circumvolitant: inio regum aure: circumfident: idque saepius ad ferenda bella, quam ad promouendam Christianorum salutem.

**V.** Tertium genus tandem inuestum est Legatorum, eorum scilicet qui Episcopi Romani nomine certis in locis iurisdictionem exercabant: atq; haec hodie significatio solennis est. Horum tres species distinguit Lælius Zechius de Republ. Ecclesiastica, capite de statu illustrissimi Legati. Alios appellant Constitutos, quod genus Nuntii sunt, quorum maxima est potestas: alios Natos, quorum dignitati id officium est annexum, & constitutis maiores sunt: tertios Laterales omnium maximos, qui de latere Papæ mituntur, etiam si non sint Cardinales: sed tautum officiales, capellani, familiares, vel etiam extranei, dummodo ab eo viua vocis oraculo mandatum suscepint, & tetigerint simbriam vestimenti eius: ad hoc, ut habeant priuilegii.

**VI.** His ita constitutis facilis responsio. Nam, si de primo, & secundo Legatorum genere intellegimus, consequentia est virolo. Nam in primo quidem genere, multi habebant legatos in Sycosis, quorum tamen nulla fuit autoritas Oecumenica. In secundo autem, quis nescit reges huiusmodi legatos, aqua versa mittere. Certe Rex Galliæ suos habet Romanos, & in Hispania, & Constantinopoli, & in Germania, & apud Helvetios: & in Anglia: qui tamen Galliæ rex est duntaxat, non etiam earum regionum omnium.

**VII.** In tertio genere, potest admitti consequentia: sed antecedens est falsum. Quod ut si perpicuum, distinguo Orientales ab Occidentalibus: quomodo iam olim factum: quorum intergerini limites apud Sozopolium li. 3. cap. 12. Thracia, & Illyricum. In Oriente ergo fuisse viros unquam eiusmodi Vicarios pernegero. Et de Constantinopolitano quidem, quis non mihi etiam affirmatur? Eo, inquam, qui à duabus, tribusve Synodis, id habuit, ut in Ecclesiasticis negotiis, & que magis esset, ac Romanus: hoc tantum excepto, quod post eum numeraretur? Eo, inquam, qui idem iuris habebat in suos subditos, quod Papa habet in suos: in Glossa Tom. II.

decreti dist. 22. capite Renouantes. Nec vero quicquam Simplicij Epistolis um habet, quod eo accedit: tantum enim conqueritur, quod se, de rebu-Alexandr:is certiore non fecerit. In Eulalio Alexandrinō, haud minor impudentia. Scribit ad eum Bonifacius, conciliatam esse Romanæ sedi Carthaginensem Ecclesiam. Vicarium vero tam facile inuenieris in iis literis, quam in sylvis delphinum. Quanquam eas ipsas literas Cæsar Baroniū fictas esse contendit, tum in Annalibus ad annum trecentesimum trigesimum sextū 560, tum in Martyrologio ad decimum sextum Octobris.

**VIII.** Quid de Bellarmino dicam? Anastasium Thessalonensem, ut illi credam tuisse Leonis Vicarium per Orientem? At unde habet? Nam Epistola Leonis nihil tradidit eiusmodi. Cyriillum fuisse legatum in Concilio Ephesino in causa Nestoriana ante dictum: sed quid id ad Oecumenicum Pontificatum? De administranda Ecclesia Constantinopolitana, quod dicitur, falsum est. Nihil hac de re Celestius in literis: nihil ipse Cyriillus. Gelasii verba telegi ad Episcopos Dardanorum, *Cur non ad sedem Apostolicam, à qua sibi curam illarum regionum nouerat delegatam, referre curans Acacius?* Sed an in aduerto in eadem Epistola, multa mentitum Gelasii, ad suæ sedis autoritatem extollendam. Itaque, ne hoc quidem mihi sit verisimile.

**IX.** Iam ad Occidentem pertinet Thessalonicensis. Erat enim Thessalonica Macedonia Metropolis: & Macedonia in Occidente computabatur, ut pater ex ea quam paulo ante diximus, distributione apud Sozopolium. Tum ex dispositione Leonis Imperatoris cognomine Philosophi, quam Leunclavius edidit in corpore Iuri: Greco-Romani. Iniquitulus est; οἱ δέκατοι αὐτοὶ οἱ τελεῖοι, οἱ νῦν τελεῖοι, τοῖς τρισὶ τὸ θρόνον Καρχηδονίων, μητροπόλισι, Metropolis qui abstracti fuerunt à diecessu Romana, & nunc degant sub sede Constantinopolitana. Tum in iis omnium primus Thessalonicensis occurrit. In eodem Occidente fuisse Gallias, & Hispanias, non est necesse, vt moneam. Porro in hoc Occidente nemo miretur Romanos suam autoritatem pro viribus amplificasse, & certatim confirmasse. Obsteruemus potius, quibus artibus sensim, ac labentibus annis sese insinuarint. Ante Leonem eiusmodi Vicariorum ne nomen quidem erat auditum: duntaxat in Sardicensi Concilio, si quis damnatus ab eo postularet renouari indicium, id ei permisum, ut si videretur, quosdam mitte: et qui cum provincialibus iudicarent. Inde sumptum huius consuetudinis occasionem, nullus dubito. Sed primus, si ea autoritate usus est in Occidente Romanus, non tamen per totum orbem terrarum, itaq; non potest inde confidere suum Oecumenicum Pontificatum. Contra potius, si verum est, nunquam in Oriente, sed tantum in Occidente hos fuisse Vicarios: certo concludimus, non fuisse ergo Oecumenicum. Deniq; in ipso Occidente, quandoquidem tam sero id cœptum est, dicitur non esse à bono.

X. Restat Africa, in quam Leo legitur misisse Potentium, eique vicem sive curæ iniunxit. Quæ verba vix eum significare credam vicarium, de quo agimus, nimur generis terrij. Nisi enim me iudicium fallit, videatur potius in secundo ordine esse: cum enim eam vicem explicat, tum nullam iudicialem autoritatem tribuit. Verba sunt, *Qui secundum scripta, que per ipsum ad vos direximus de Episcopis, quorum culpabilis cerebatur electio, quid veritas habet, inquireret, nobisque omnia fideliter indicaret.* Sed id quid sit parum refert. Perpicuum est diu laborasse Romanos, ut Africam, quæ sub nullo alio Patriarcha erat, sui iuris facerent. Sed id constat etiam, tum cum in eadem erant vii magni Aurelius, Augustinus, alii, scilicet coercitam in tempore uitam ambitionem. Hinc decretum, οὐβιβαστὸς κληροκούνιος ημέραν πατέρων μὴ Ηλιστορεῖταιν. μητέ πατεροφόρον, οὐτε τὴ κυκνάδην πάτερον Φέροντος δέκαρθυ εἰσάρχον τῆς Χαρακῆς οὐκλησίαν. Legatos clericos, nostraris quibusdam postulantibus, nostraris mittere: nego, permittere, ut sumos secuti statum in Christi Ecclesiam videamus inducere. Laudo sinceritatem. Vixit in omnibus mundi partibus parem: utinam in eorum successoribus constantem.

### C A P. XVII.

*De Legibus, dispensationibus & paenit.*

**I.** Argumentum duodecimum: Si Romanus Episcopus autoritatem exercuit leges ferendi, dispensandi, & puniendo, in Ecclesiæ filios, quanvis maximos, & nobilissimos: Ergo fuit Oecumenicus. At verum antecedens. Verum igitur consequens. Bellarminus, c. 19. lib. 2. de Pontifice Posnanienses thesi 13. probant antecedens. De legibus. Quadragesimalie ieiunium à Telephoro institutum. Eusebius in Chronico notauit, & à Pio primo, ut resurrectio Christi die Dominicæ celebraretur. Tum, Leo Epistola 1. quibuscumq; violentibus sedis Apostolica statuta, depositio neminiatur. Et Epistola 8. Diocoro Alexandrinō duas leges præscribens, *Id quoque, inquit, à vobis volumus custodiri.* Hilarius in Concilio Romano sancit, nulli fas esse, sine status supericulo, vel diuinæ constitutiones, vel Apostolica sedis decreta temerare. Anastasius iunior ad Anastasium Augustum: obediendum iussis Romanæ Ecclesiæ, *Si (inquit) eiusdem sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ caput est vestrum, communionem habere desideratis.* Gregorius in priuilegio sancti Medardi, si quis violarit eius statutum, priuationem honoris minatur. De dispensationibus, Gelasio Epistola 1. sibi Canonū decreti esse temperanda scriptis. Et Gregorius Epistola 31. 1. 12 se cum Anglicis dispensasse in gradib. matrimonij prohibitis: & cum Siculis, ut semel tantum in anno Concilium celebrent. De censuris: Innocentius primus Imperatorem Arcadium excommunicavit, & vxorem eius, apud Niciphorum li. 13. c. 34: Nicolaus primus Lotharium regem Galliarum. Gregorius tertius Leonem Imperatorem Græcum apud Zonaram, in vita Leonis laetari. Et longe ante, Vicem Orientales ob celebrationem Paschæ.

**II.** Respondeo: Leges, vel sunt vniuersales, vel particulares: illæ, quæ vniuersæ Ecclesiæ ponuntur: haec, quæ tantum quibusdam. De his, negatur consequentia. Nam sua quilibet Episcopus potest leges Ecclesiæ dare. Sic Ambrosius Mediolanensi dioecesi Canonom compoivit. Sic

Nectatius Constantinopolitani Confessionario sustulit. Nec desunt alia exempla infinita: nisi in re perspicua superfluus labor esset De vniuersalibus autem, negatur antecedens. Reuera enim Episcopo Romano licuit nunquam Ecclesias omnes suis legibus subiictere: sed tantum intra suam diocesin.

III. Ad exemplare sp̄deo, illa de Thelesphoro, & rio, primo esse falsa. Itaque, neque ab Eusebio scripta, neq; ab Hieronymo addita: teste magni Scaligeri editione: sed ab otiosis quibusdam non bono studio inserta. Et sane, quomodo a notasset Eusebius, quadragesimā à Thelesphoro institutam, qui ab Apollonio didicerat Montanū illum esse, qui nouas ieiuniorū leges laxerat? cap. 17. libri 5. & ab Ireneō Victoris tempore variam fuisse seruandi Paschalis ieiunij rationem: aliis vnum diem, aliis duos: non paucis plures: multis quadraginta: c. 34. De Resurrectione Dominica id ē testis est c. 22. variis Conciliis celebratis decretum factum, vt non, alio die quam Dominico, mysterium Domini resurrectionis à mortuis celebraretur. Quauquam ne id quidem omnes Ecclesiæ obligavit, donec confirmatū est à Concilio Nicæno.

IV. Leonis Epistola prima scripta est ad Episcopos Campaniæ, Picensi, & Thuscianæ: quæ prouincia erant sub urbano, ac proinde Romano subiectæ. Quod vero in inscriptione add. cur, & per omnes prouincias constitutis: vel intelligentem de vicinis: vel est supposititum. Quis enim credit Leonem scribentem ad omnes totius orbis Christiani prouincias, obscurissimas duntaxat nominasse? illas famosissimas om̄issas, per totum Orientem? Itaque, quæcunque in ea Epistola discernuntur, leges sunt particulares, non vniuersales canones. Epistola etiam ad Dioſcorum nihil habet, quod legem latam significet: sed amicam admonitionem, ex Christianæ charitatis ardore. Statim initio, Quantum dilectioni tuae charitatis impendamus affectum ex hoc poteris approbare, quod tua firmius desideramus fundare initia, nequid charitatis tuae ad perfectionem deesse videatur, cum tibi specialis gratia merita, ut probauimus, suffragentur. Pacerna igitur & fraterna collatio debet sanctitati tuae esse gratissima, & à te taliter suscipi, quemadmodum à nobis eam intelligi proficiet. Vnum enim nos sentire oportet, & agere, vt (sicut legimus) in nobis quoque unum esse cor, & anima comprobetur. Hæc ille: quæ quidem verba sunt, non imperiose præcipiantis, sive legem ferentis, sed amice & ex iure Ecclesiastica communionis admonentis: quod etiam magis arguat sequentia de Marco Petri discipulo, quem negat esse verisimile, alius reguli traditionum suarum decreta formassit: cum sine dubio de eodem fonte gratia unus spiritus fuerit & discipuli & magistri. Hæc igitur Leo ad initium Epistole: quare, quæ postmodum habentur, Id à vobis volumus confidiri, intelligenda, non de præcipientis autoritate, sed de monentis affectione: nam vulnus, non tantum, qui imperat sua decreta: sed etiam qui monet, sua monita seruari.

V. Hilarius sedebat in Concilio Romano, particulari, & suffragia rogabat, *Si placet, fratres, ea, que ad ordinationum tenorem pertinent, iuxta diuinis legi precepta, & Nicenorum canonum constituta, ita adiuuare Domino in omne et num mansuam solidemus, ut nulli fas sit sine status sui periculo, vel diuinis constitutiones, vel Apostolica sedis temerare decreta.* Ergo obserua, primo non ipsum Hilarium statuere, sed rogare Synodum, ut statuat: secundo Synodum esse particularem. Nam inde conficitur, non esse eorum vim verborum producendam ad eos Episcopos, qui erant per viuendum orbem: & obligati etiam illos, qui erant intra fines, unde collecta erat Synodus, non ex autoritate Hilarii, decernentis, sed Synodi ita censentis. Anastasii illa verba non reperi in ea Epistola ad Anastasium Imperatorem: neque in primo tomo Conciliorum editionis Coloniensis primæ, neque apud Iouterium. Præterea notandum, quod subiicitur, *Si eiusdem sancte Dei Ecclesiæ (hoc est Romæ) qua est caput vestrum communionem habere desideratis.* Quo alludit ad eius temporis mores, quo solebant Episcopi suam communionem denegare iis, qui aliter sentiebant: propterea non dixit, communionem omnium Ecclesiarum, sed Romanæ tantum Ecclesiæ.

V. Quod attinet ad Gregorium, primo monasterium illud Medardi est in Gallia, quæ pertinebat ad Occidentem, ut facile potuerit à Gregorio confirmari, quamquam non Oecumenico. Deinde, ipsa eius confirmationis, quæ continetur libro duodecimo Registri, valde fides nutat. Deprehendit Baronius nonnulla argumenta ad annum quingentesimum nonagesimum tertium, §. 85. scilicet subscriptionem Episcoporum, & Regis Theodorici, non congruere iis temporibus. Siquidé complures Episcopi, qui subscripti leguntur, post aliquot annos creati inueniantur, ut Augustinus Cantuariensis, & Mellitus Londenensis: Theodosius etiam cum in Galliis nullus rex erat. Sed nos alia. Nam neque tum solebat describi annus Christi: cum ibi noretur quingentesimus nonagesimus tertius: neque aut poterat, aut solebat Gregorius Regibus, & Antistitibus, & Iudicibus minati honoris priuationem: cum constet tum temporis, ac ne postea quidem, in Reges vnum habuisse imperium Episcopos Romanos. Ad hæc Medardus iam defunctus in sanctis habitus, Dominus subinde vocatur: quod recentiorem superstitionem pleno ore redolet. Erat finem, hæc additur eleganter scilicet plena phrasis, in inferno inferio damnandus. Mitto ea priuilegia concedi huic monasterio, quæ temporum rationi non satis videntur congruere: ut nullius dominio locus subesse: ut quicunque eum locum adiret, priuaretur dominio alterius: & hoc ipsum incepit, pro libertatem plenam vindicaretur. Quibus argumentis non tantum cœm Baronio, subscriptionem postea adiectam concludo, sed potius totum priuilegium falsum.

VII. Porro in legibus rendis, soli, quibus incognita est historia, ignorant quantum sibi Romani Ponifices indulserint. Nam è primis seculis nullas habemus Decretales Epistolas: quæcunque enim hoc nomine fuerunt, constat esse impudenter fictas. Circa Damasi, & Syricii tempora nonnullas legimus: inde profectum in deterius, donec tandem in omnes partes tyrannis grassaretur. Nec solis tamen Romanis id accidit. Nam & Græco non nihil tentarunt huiusmodi, ut videre est in Corpore iuris Græco Romani: quamquam longe modestius. Sed quomodo cumque haec acciderent, lex nullis vñquam profertur, qua constet hanc legum ferendarum potestatem Episcopo concessam. Exempla etiam nulla colligun-

tur primæ purissimæque antiquitatis. Quod postea factum, cum ambitio exultauit, Catholici non patiuntur sibi pro lege obrudi.

VIII. De dispensationibus haud dissimile iudicium. Dispensatio nulla potest esse vniuersalis. Particulariter autem in rebus Ecclesiasticis, que sunt duntaxat politiæ gratia institutæ, dispensare possunt quilibet Episcopi in suis Ecclesiis. Itaque non inueniuntur Romani dispensasse in Oriente: Gelasii epistola est ad Episcopos per Lucaniam, Brutios, & Siciliam, vicinas prouincias, ac, vt ita dicam, urbis pomeria. Gregorius item de Sanc-  
tis agit & Anglis: qui omnes ad Occidentem sunt.

X. Ne censurarum quidem difficile negotium est. Semper enim Episcopis, maxime autem Patriarchis licuit excommunicare eos, qui peccarent contra leges Ecclesie. Si Ambrosius apud Theodoretum lib. 5. cap. 17. Theodosium Imperatorem excommunicauit: & Maximum Tyrannum, apud S. gebertum in Chronico anni trecentesimi nonagesimi. Anastasius Antiochenus quotidie anathema pronunciabat in Justinianum, apud Euagium libro quarto, capite trigesimo nono. Cyrillum excommunicauit Cyrilus Antiochenus, patriarcham pattiarcha. Etsi, ut fere fit, abutentes nonnunquam sua potestate, ex opinionum praeiudiciis. Nemo miretur ergo etiam Romanum eodem iure vnum. etsi non Oecumenicum. Mirer magis, si, quæ grasset: pestis est ambitionis, intra suos se iurisdictio- nis limites coniuerterit: & qui initio tantum excommunicabat, tandem non etiam regna permisit pro arbitrio. Qui Arcadium contentus fuit & ἐπί τοις Ερυθραῖς μυστηρίαις θεατὴν πελάγους αἰγαίου, arcere communiones sanctorum viuificorumque mysteriorum: tandem non bella suscitari cruentissima in Imperatores Germanos, etiam irritato filio contra patrem. Hoc mirarer, si factum non esset: illud nec mirer, nec recipiam pro argumento ad edificandam Oecuminiici Pontificatus Babelem.

X. Nam quod ad Ambrosij exemplum Bellatminus excipit, Theodosium ab eo excommunicatum tantum in sua Ecclesia, cum Imperator Mediolani sedem haberet: Est id quidem verum. Sed illum vicissim iubeo meminisse. primo: cum vna sit omnium Ecclesiarum communio, qui ab vna sit excommunicatus, aut non iure esse excommunicatum: aut esse ab omnibus pariter excommunicandum: vnde antiquus canouerat ab aliis excommunicatos apud alios admitti. Secundo, ipsam excommunicationis exsecutionem nullam fuisse extra excommunicantis diccesia: nisi alij et consentirent: Itaq; neq; Anastasiu, neque Leonem Iaurum, ab Innocentio & Gregorio tertio excommunicatos, apud suos fuisse priuatos communione: vt neque Orientales, cum ab Occidentalibus: aut Occidentales, cum ab Orientalibus. Qui autem latè excommunicationis sententiae consentiebant, ij etiam dicebantur excommunicare: hoc est, priuare, quantum in se erat, & in sua diccesia, Ecclesie communione. Sic in Concilio Constantinopolitano quinto, Anathymus dicitur excommunicatus ab omnibus Patriarchis. Sic Ambrosius ep. 81 ad Sylvicium Papam, Ita Iouinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Protinum, Genialem, Martianum, Ianuarium, & lingeniosum, quos sanctitas tuadmannauit, scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse damnatos. Denique Cyprianus epistola 67. Nouatianum dicit per totum orbem à Sacerdotibus Dei abstinentem.

XI. Et quidem, ut scias, ab initio non fuisse tantum Romani potenti in, quantum postea, cum Victor *αὐτόν* <sup>r</sup> *Ἄγιος τάῦτα ἔχειν εἰδένεις* *καὶ λογίας μητρούχιας διατηρεῖν, οὐτε ἐποδέξιοις, τε καὶ νῦν ἐνώπιοις περιει-* *σιμοί, οὐντεστοιοις Αἴσῃ, cum vicinis Ecclesiis, dīceatēs tanquam alterius fi-* *dei, abscindere conaretur à cōmuni unione, εἰ μητρούχης ποτὲ οὐκ εἴη-* *το: non placuit id omnibus Episcopis. Et quidem scriperunt *Ἄλλοι πάντες* *καὶ γῆπαντες τῷ φροντὶ Βίβλοις, νελεμεντίουs iñsurgentēs in Victorem: In quibus* *vnu sicut Irnæus, non suo proprio, sed Gallorum Episcoporum nomi-* *ne. Quæ παρηγόνται si posteris seculis integra mansisset, non invasisset tanta* *tyrannis Ecclesiam: Nam & tunc Victor coactus est gladium in vagi-* *nam recondere. Sed maiorum peccata facilius posteri deplorant, quam* *emendant.**

XII. Historiam narrat Eusebius lib. 5. c. 24. In qua, quę Bellarminus considerat, nihil habent momenti: primo Victorem nō mutasse sententia: secundo, si mutauit, tum eadem porestate soluisse, qua ligauerat. Tertio, reprehensum fuisse quia fecerit, non quod non posset, sed quod non debet. Quarto, prudentissime Victorem eḡisse, quamvis contra Episcopū sentirent: quia vobis ex præcipuis autoribus illius sententia: Blastus erat, qui paulatim Iudaismum volebat introducere: Romæque hæresin semi-  
nare cœpit victoris tempore. Denique Victoris sententiam probarunt Patres Nicæni.

XIII. Nam quid tum si nunquam mutavit sententiam Victor? Tum vero eo infirmior eius autoritas, qui nequit efficere, ut Orientales efficiat angustis. At cur posterioris Victoris pertinacia, quam Episcoporum constat? Nam ne ipsi quidem leguntur retractasse suas increpationes. Si mutavit, et si non videtur: cum nemo annotarit Veterum; immo ne flagitarit quidem reuocationem: nimis mirum, quia sufficeret increpatio, quæ nullius iuris latam doceret; ac proinde per se nullam, ut reuocatione opus non fuerit: & satis fuerit ad eam infirmandam, reliquorum Episcoporum dissentus. Sed si mutauit tamen: tum et si fuerit eadem in reuocando potestas, quæ fuerat in decernendo: tamen prudentius reuocauit, quam decreuit: & agnouit, sibi soli cedendum vñanimi reliquorum consensui: neque æquum esse suam vnius sententiam omnium sententiae præualetere. Iam, quid opus erat admonere id ipsum fecisse, quod non poterat? Nam certe poterat (si reliqua concurrent quæ debebat) non ille tantum, sed & alij plurimi id ipsorum, ut ante diximus: sed temere, ac proinde, frustis. Totie ea visus est potentia. De prudentia autem, mirum si melius judicet Bellarminus, & post milles quadringentos annos ab eo tempore natus, & Iesuita: quam Irenæus *οὐχεὶς*: & Catholicus: & quantas viri, Deus bone! quam omnes Galliarum Episcopi. Nam illi nec Blastum ignorabant, nec eius haeresin habebant incognitam. Iam vero Nicena Synodus, sententiam Victoris non probauit, qua excommunicabantur Orientales: sed tantum statuit Pascha celebrandum die Dominica; quod negue Irenæus, & qui cum eo sentiebant, non probabant. Nam

## LIBER DECIMVSTERTIVS, CAP. XVIII.

271

*...ut tuus populi (inquit Eusebius) coepit regnare et nunc resurgere et regnare. Aragonius intercedit pro multis, confirmat sola Dominica die celebrandum esse Dominica resurrectionis sacramentum. Si igitur Nicenae probatunt, quid mirum? Nam ipsi qui Victoris concordiam improbabant, in hoc capite cum eo sentiebant.*

X. Ergo neque leges villas Romanus tulit, neque dispensationes indulxit, neque censuras exercevit, quas non potuerit non Oecumenicus fere, indulgere, exercere. Neque omnes, quas tulit, indulxit, exercuit, probare quisquam potest iure talis, induluisse, exercuisse. Factum autem nullum iure fultum, Ecclesia pro lege obtrudere, tyrannicum est.

### CAP. XVIII.

Vtrum à nemine debeat iudicari  
Romanus.

I. Ecce tertium argumentum, Quicunque à nemine in terris iudicari potest, est Oecumenicus Pontifex. At Papa Romanus à nemine in terris iudicari potest: Ergo Papa est Oecumenicus Pontifex. Bellarminus c. 26. l. 2. de Pontifice. Nec potest, inquit, ostendi principatus eius, quam si ostendatur omnibus prælatus, ut nemini sit subiectus. Minorem probat, primo ratione à priori: secundo à Conciliis: tertio ab ipsis Pontificibus Romanis: quarto ab Imperatoribus: quinto à Doctoribus.

II. Respondeo, utramque antecedentis partem esse falsam. Et primo maiorem. Nam omnes seculares Monarchæ id sibi tribuant, ut à nemine iudicari possint: ideoque se summos appellant. Et tamen Monarcharum nemo est Oecumenicus Pontifex. Quod si contrahat maiorem, & dicat: Quicunque Episcopus à nemine in terris iudicari potest, est Oecumenicus Pontifex: ne sic quidem vera erit. Nam, ut dixi, Monarchæ omnes eam sibi prærogatiuam arrogant: & ipse Bellarminus suo Papæ, quatenus est princeps temporalis: Et tamen, neque reliqui principes sese singuli dicunt Oecumenicos principes: neq; Romanum Bellarmino, credo. Sin minus, viderit, quo modo transfigat cum Catholico: ita enim appellari, Hispaniarum: & cum Christianissimo Galliarum Rege. Nam de Britanno, non est quod quicquam moneam. Iam vero, si nihil est absurdum, cum sunt per totum orbem multi reges, qui à nemine se iudicari patiuntur: surferi non poterit in Ecclesia Catholica esse multis Episcopos, qui nemini sint subiecti?

III. Sed minor longe est falsissima: nec vñquam Ecclesia persuasa: immo nunquam in orbe audita, donec cumulum impleuit seculorum homo peccati, qui à minimis initis paulatim in alijssimum fastigium eueritus, id experientia verum probavit, quod olim dictum, *Deterius nihil est humiliatum surgit in altum.* Enimvero hoc vnum decaet, ut se ille Satanæ primo genitus vere Antichristum proderet, ostentans se in Ecclesia, tanquam esset Deus. Sed nos igitur minorem negamus: & assirimus, nullo iure, id est, nulla scriptura, nullo canone probati posse Episcopum Romanum eximi ab omni iudiciorum alea. Et examinamus Bellarmini rationes.

IV. Ratio præcipua (inquit) est, quia Papa princeps est Ecclesiæ totius, ac proinde superiorum in terris non habet. Nam si iudicatur, vel à Ecclesiastico, vel à seculari iudice. At non ab Ecclesiastico: quia ipse summus est princeps Ecclesiæ. Non à seculari, quia Resp. Ecclesiastica spiritualis est: ac proinde maior & sublimior quavis temporali: itaq; diriger & iudicare summus Ecclesiæ princeps potest summum principem temporalem: non autem ab eo dirigere, aut iudicari. Et hæc ratio est primaria.

V. At hæc, inquam, siue præcipua siue primaria ratio, quavis est gluma fulilio. Primo enim secula est principij petitio: quia id pro arguento sumitur, quod est in questione positum: quod ipse Bellarminus agnoscit: ideo facile prætermittit. Sed Hieronymus Albanus, nihil aliud habet, quod urget in eo opere, quo disputat de autoritate Papæ & Concilij Secundo, etiam si concedatur esse summus princeps Ecclesiæ totius, non tam necessario concluditur. Ratio multiplex: prima, quia non omnis principatus, etiam summus, excludit superiorum: sed duntaxat Monarchicus, cuiusmodi nullus est in Ecclesiæ: nam summus princeps Aristocratis aut Democraticus sine dubio potest iudicari: Et sic olim in Ecclesia Patriarchæ iudicabantur in Conciliis: quibus tamen nullus erat Ecclesiasticus princeps superior. Secunda, quia etiam si summus esset princeps Monarchicus in Ecclesiæ, tamen hoc tantum sequeretur, nullum habere superiorum in Ecclesiæ, hoc est, in rebus Ecclesiasticis. Quemadmodum eti si Rex Gallie, summus sit monachus Gallie, tamen non sicutur, non habere iudicem in rebus Ecclesiasticis. Nihil igitur obstaret, quoniam non etiam Papa, in rebus politicis habet et politicum iudicem.

VI. Ad dilemma dico, iudicari & à seculari iudice, & ab Ecclesiastico posse. Hoc quidem non uno quopiam homine. Nam negant Catholicæ, vñlum omnino Episcopum, ab alio Episcopo iudicari posse ex iure diuino: sed à pluribus, nempe in Concilio: quomodo sacerdotis factum. Disflingo autem summum principem, vt ante, nempe vel sic dici, vt nullus vñus eo sit maior, et si non sit ipse maior reliquis omnibus: vel, vt sit superior omnibus, nullo excepto, ac vno verbo, penes eum sit Maior. Prior sensu: emur Episcopum Romanum, sed & quemlibet, esse vt nullus appellatus est, summum: sed, qui ita summus est, hunc negamus habere non posse iudicem. Habet enim eos ipsos, qui & que cum eo summi sunt. At posteriori sensu negamus, aut Romanum, aut vñlum alium esse summum.

VII. Quod attinet ad secularem: negamus eo sublimorem esse Ecclesiasticum principem absoluere: sed in rebus Ecclesiasticis. Nam in politicis sine dubio secularis sublimior est. Propterea Paulus ad Romanos 13. vocat iesu christum: & vult ei subiici natus christus, id est, authore Chrysostomo, non tantum seculares, sed etiam sacerdotes & monachos. Itaque, et si sozomeni testimonio l. 4. c. vltimo, dignitas sacerdotalis, id est, in quo liber sacerdote: Imperii dignitati par sit: imo v. in locis sacris primas par-

tes obtineat: atq; ex Nazianzeno, quæ postea Bellarminus citat, Episcopi imperio, imperio majori & perfectiori: nihil obstat tamen, quominus singuli Episcopi sint longe infra Imperatores aut Reges. Posunt ergo mutuas sibi præstare operas: id est, à Sacerdotibus reges iudicari in rebus sacris: à regibus Sacerdotes in rebus seculi.

VIII. Secunda ratio, ab autoritate Conciliorum. In Sinuesso, Prima sedes à nemine iudicabatur: refert Nicolaus in Epistola ad Michaelem. In Romano, sub Sylvestro, Neque ab Augusto, neque à regibus, neque ab omni Clero, neque à populo iudicabatur prima sedes: & meminit iterum Nicolaus, In Romano sub Sixto tertio. Non licet in Pontificem sententiam dicere: ad quæ Sextus respondit: *Etsi in meo arbitrio sit, iudicar, an non iudicar, tamen non abscindatur veritas.* In Concilio Chalcedonensi damnatus est Dioecorus ob multas causas: sed præcipue, quod in primam sedem sententiam ferre presumplisse: In Concilio quinto sub Symmacho, *Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari.* Sed sedis iisius presulam, suo nomine questione referuauit arbitrio: Eunodii libro. In Romano sub Adriano secundo: *Romanum Pontificem de omnium Ecclesiæ presulibus iudicasse legimus, de eo vero quenquam iudicasse non legimus.* Et refertur in octavo Concilio, actione 7. Et ipsum octauum, actione decima, canone 21. assertit non licere vñli terreno principi iudicare Patriarchas, & in primis Romanum. In Concilio Mileuitano, canone 19. puniuntur grauissime Clerici, qui ab Imperatore iudicari volunt. Si ergo Imperator Clericos iudicare non poterat, quanto minus Pontificem?

IX. Sed haec nihil habent firmi Concilia, Sinuesso, Romanum sub Sylvestro, & alterum sub Sixto tertio, & tertium sub Symmacho, & quartum sub Adriano secundo, primum partcularia sunt: constantque solis Episcopis qui Romano suberant. Itaque nullum generale decretum condere: tantum constituite potuerunt à se, in Synodo particulari: congregatis, non esse Romanum iudicandum: quod de vñuersali profecto aut non dixissent, aut falsum dixissent. Secundo, trium primorum ita sunt de prauata acta, ut vñ villa sit periodus, è qua sensum constantem possit elicere: itaque ex duabus editionibus tertiam vñcunque conatus est strueret compilator Conciliorum.

X. Tertio, supposita testimonia sunt Conciliis Sinuessani: Romanique sub Sylvestro, & sub Sixto tertio. Sinuesso illud congregatum singitur, Marcellino sedente: id est, vrgente immanni persecutione Diocletiani: & tamen non infrequens conuentus trecentorum Episcoporum. Satin' hæc temporibus distincta: Diocletianus ipse singitur Romæ fuisse cum Marcellinus thurificaret: atque suis ipsum verbis impoluisse: quod falso: cum constet temporis Diocletianum Nicomedie fuisse. Eingitur iterum Diocletianus audire: Marcellini damnationem in expeditione aduersus Persas. Quod Binnius pronunciat falso esse, nisi corrigitur, & restitutur, Cum reversus esset è bello Persarum: novo quodam Critices genere. Denique hæc acta conscripta fuisse post aliquot annos colligit Binnius ex libra Occidua: quos ego sane multos fuisse facile conticio ex ignorantie historiæ, item ex stylo barbaro & incepto.

XI. Sed & contra Romanum illud sub Sylvestro non inepta sunt argumenta. Quia eo confirmatur fabula de baptizato Constantino à Sylvestro: cui tota fragrat antiquitas. Tum ridicule reliquis annumerantur quinque: quia: premit Episcopi de partibus Riconoruricis: quasi magna est alia prouincia: quo: era: tantum oppidum, nec magni nominis, in Aegypto. Cui autem fiat verisimile, prætermis tot intermedii nominatissimis prouinciis, collectum fuisse Concilium, ex Italicis & Riconoruricis Episcopis: Quidquid nouo & omnibus Conciliis in usitato more, Sylvestri singitur decreta tantum pronuntiasse, nullis rogatis suffragiis: Et quidem, Responderunt omnes Episcopi, & dixerunt, clamantes cum vñuersis presbyteris Clericis: In testis statua, & pietas a te non discedat: quoniam à nobis nihil iudicabatur in opinione dictorum tuorum. En serua pecora, non Episcoporum Concilium. Quid? quod Victorino anathema dicitur, eo quod negaret Pascha venire de suo: id est, computum Paschalem non esse certum: Et tamen tum Pascha computabatur per octa: et ida: cuius erat non certa ratio: ob quam caullam Hippolytus excogitauit circuicardia Denique, quod adscriptum est, Domino Constantino Augusto III, & Prisco Consule III, non quadrat: nam tertius Consulatus Constantini incident in annum antequam Sylvestri fieret Episcopus: Nec Priscus tum fuit collega Constantini. Itaque Baroniūs mauult Constantino consule, & Crispō III. Viderit qua autoritate. Conciliis cursus sub Sixto tertio Baroniūs ad annum quadringentesimum trigesimum tertium, acta non veteri Sputia appellare, §. 38. Denique appetit impostorem aliquem in his tribus Conciliis lusibile, & papib; illusile.

XII. De Synodo altera Romana non dissimile iudicium, quandoquidem tam simili stylis. Sed & argumenta colliguntur Binnio. Consules ascititios Valentianum & Anatolum. Item Bassiliopolitaram assignatae textu Kal. Septembres, quam sextus ipse Epistola 3. refert in Kal. April. Quanquam ne hanc quidem Epistolam genuinam esse concedent, quibus emundare sunt nates.

XIII. Synodus Romana sub Adriano secundo, habita est post annum octingentesimum sexagesimum septimum, & confirmatam ianuarii nimirum Tyrannide Romam. Quin falso citatur a Bellarmino: quæ enim illæ verba protulit ex septima actione octava vñuersalis, ea non sunt Conciliis Romani, sed in Concilio Romano Adriani suam sedem extollentis. Ipsius porto Synodi octauæ hunc canonem 21. actionis 10. nullum lego in editione Graeca Matthæi Raderi: sed apud Carranzam, & Louetium, sic lego, *Definimus neminem pro sui mundi potentium, quemquam eorum qui Patriarchibus sedibus presunt inhonorare, aut mouere à proprio throne tentare: sed omni reverentia, & honore dignos iudicare: præcipue quidem sanctissimum Papam senioris Romæ, deinde autem Constantinopolos Patriarcha: deinde Alexandria ac Antiochia, atq; Hierosolymorū.* Quæ quid ad rem faciant, vider nequeo. Primum enim de quinque agitur Patriarchis: itaque, quicquid hinc concludatur, Romano proprium esse non poterit, sed commune cum aliis: quare, aut ali concedendi erunt esse Oecumenici,

aut eo quod conceditur, negandum inferri Oecumenicum. Deinde, agit de mundi potentibus, id est, seculi principibus, ut pote Imperatoribus: at non sequitur nulli iudicio subditos, qui à seculi iudicio eximuntur: nam saltem quatuor Patriarchas ipsi concedunt aduersarii posse iudicari deponique à Synodis Quodidem Catholici de Romano afferunt. Tertio, deficit noua est: sic enim testatur Canon, *Definimus*. Ergo annis omnino octingentis hoc priuilegium Ecclesie ignorauit. Sed ne deinceps quidem: quia, ut proximo libro docebimus, Episcopi quidam Romani fuerunt ab Imperatore depositi.

XIV. Milcitanum Concilium valde est alienum, *Placuit ut quicunq; ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur: si autem Episcopale iudicium ab Imperatore postulauerit, nihil ei obstat.* Canon est decimus nonus: è quo si concluditur Oecumenicus Pontificatus, quot erunt, quælo Ecclesiæ capita? Deinde, quis hic aliquè videt ab omni iudicio liberatū? Nam ut te in omnes agas partes, hoc tantum verisimile dicas, eximi clericos à seculari iudicio: non tamen ab Ecclesiastico. Imone hoc quidem, ut statim dicam. Sed cur, quod omnibus clericis est commune, contrahitur ad Romanum? Quia, inquit Bellarmine, si Imperator clericos iudicare non poterat, quanto minus Pontificem? Acute. Quasi Pontifex non esset inter clericos Sed ad rem. Non habetur ex eo canone, non posse clericos iudicari ab Imperatore: tantum non postulanda clericis ab eo iudicia secularia: sed Ecclesiastica duntaxat. Similiter Paulus priore ad Corinthios prohibet Christianis ne litigent sub iudicibus iniustis: nec tamen sequitur, non potuisse, aut non posse Christianos iudicari à iudicibus iniustis.

XV. Superest Concilium Chalcedonense: in quo Dioscorus depositus est, cum ob alias causas, tum præcipue quod in sedem Romanam tulisset sententiam. At illud præcipue, a Bellarmino est, non à Synodo: quæ Epistola ad Imperatores, post enumerata priora Dioscori peccata, addit potuisse illiusenit concedi, si penitentiam egisset. Sed quoniam super alias suas nequitas, & aduersus ipsam Apostolicā sedem latrauit, & excommunicationis literas aduersus sanctissimum & beatissimum Papam Leonem facere conatus est, & in priorib; arroganter persistit iniquitatibus, & aduersus presentē sanctam uniuersitatem magnā Synodū procast existens, atq; diuersis contra se factis accusationib; omnino conteneans respondere non passus est, semel quoq; ac secundo, & tertio, secundū sanctas regulas evocatus, despexit occurre: deconter ab uniuersali Concilio, sacerdotio est nudatus. Auditis Dioscori quinq; crimina ob qd: positus est: quodnam fuerit præcipuum, Synodus non dixit, sed patib;rio Bellarmi diuinavit. Nec discepius quicquā inuenias in relatione ad Leonem. Itaq; qui sancti sunt, tanū colligunt, male l̄ tam à Dioscoro sententiā contra Leonē: non n. i. tantum damnatur, qui sententiā dicunt in eos, quos non possunt iudicare, ut sibi non subditos: sed ēt qui iniuste sententiā dicunt. Itaq; in ea relatione additur, *Excommunicationem mediatis est contrate, qui corpus Ecclesia unire festinas.* Quasi diceret, iniuste illum excommunicari, qui laborat in vniuersis Ecclesie membris. Aut si maius, & ut plurimum concedam, sequitur non debuisse Leonem à Dioſcoro iudicari. Sed quis legitime concludat, debuisse igitur à nemine?

XVI. Tertia ratio continet testimonia Pontificum Romanorum. Gelasius ad Anastasium Imperatorem duo docet esse, quibus mundus regitur, autoritatem Pontificum, & regiam potestatem: hac illam esse grauorem: itaq; Imperatorem à sacerdorum pendere iudicio, non illos ad eū volutatem redigi. Greg. lib. 9. Epist. 39. ad Theodistam, Si B. Petrus, cum à fidelibus culparetur, autoritatem quam in sanctam Ecclesiam accepere, attēdisset: respondere poterat, ut pastorem suum oves reprehendere non auderet. Nicolaus prius ad Michaelem, Satis evidenter ostenditur à seculari potestate, nec ligari prorsus, nec solus posse Pontificem, id est, nec damnari, nec absoluī. Innocentius tertius capite Soliae: titulo de maiestate, id ipsum ex professo docet: & sermone 2. de consecratione Pontificis. Bonifacius octauus in extrauganti, Vnam Sanctam. Ioannes vigesimus secundus in extrauganti, Licit iuxta doctrinam Apostoli.

XVII. Respondeo, mul: a iampridem sibi Romanos Pontifices, imprudenter dicam, an impudenter assumptisse, ut suam sedem in immensum atollerent? quare nō esse eorum in propria causa legitimū testimoniuī. Nā ne ipsi quidem Iesuita Constantinopolianos testes agnoscant exceptione maiores, si de eius sedis priuilegiis dispergant. Tū notandū, cum omnia inquisierint, nihil esse repertum in veteribus scriptis, ne ipsorum quādem Pontificū, quod sit antiquius sexto Ecclesia seculo. Nam Gelasius vixit sub finem quinti: mortuus anno 497. Gregor. post eum annis centum præterprae. Nicolaus seculo nouo: Innocentius sub finem duodecimi: Bonifacius extremo decimotertio: Ioannes ad initium decimi quinti. Hæc nimirum est iuris Romani antiquitas.

XVIII. Et tamen Gelasius Iesuita citatur fide: maxima sui parte truncatus. Recitatio integrū, *Duo sunt, Imperator Auguste quib; principaliter hic regitur mundus: autoritas sacra Pontificum, & regalis potestas: in quibus tanto grauius est pondus Sacerdotum, quanto etiam pro ipso regib; vel legibus hominū in diuino sunt examinationē reddituri.* Licet n. presideas humano generi dignitate, verū tamen præfulibus diuinarum deuotus colla submittit, atq; ab eis causas tua salutis expectas, inq; sumendis celestibus sacramentis, eisq; (ut cōpetit) disponendis subdite debere cognoscis religionis ordine, potius quāpræesse. Nostri itaq; inter hac, ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem. Hæc Gelasius, & quidem prorsus recte. Non n. particulariter agit causam Romani Pontificis, sed generaliter sacerdotū. Sic n. & Pontifices nominantur numero multitudinis: sed & sacerdotes, & præfules rerū diuinarum. tū de sumendis agit disponendisq; sacramentis: quoq; nihil est p̄p̄i Romanorū deniq; ut omnis dubitatio tollatur, cōcludit a minori ad maius, *Si cunctū generaliter sacerdotibus, & recte diuina tractantib; fidiliū cōuenit corda submitti: quāto potius sedis illius præfulti cōsensus est adhibendus, quem cunctū sacerdotibus, & diuinitas summa voluit preminere, & subsequēs Ecclesiæ generali iugiter pietas celebravit: Recte constituto antecedēte, sed in consequentiā papifice peccātis Secundo, diserte agnoscit distinctos fines potestatis ciuilis, & Ecclesiasticæ.* Si quantā ad ordinem peritus publica discipline, cognoscētes imperiū tibi superna dispositionis collatum, legibus tuis ipsi quoq; parent religionū antistites, ne vel in rebus humanis exclusa

videantur obuiare sententia, quo (rōgo) te decet affectu eis obedire, qui prærogan-  
dis venerabilibus sunt attributim ysterii? Ergo, Gelasio iudice, religionis  
antistites, id est, Pontifices, Sacerdotes, præfules rerum diuinarum: i. in,  
quam, quibus in sacramentis disponendis Imperatorem subdi oportet,  
legibus tamen imperatoriis parere debent. ideo quæ Imperatori colla sub-  
iicere in rebus scilicet seculi. At inter eos Romanus.

XIX. Gregorius etiam scribens ad Theodistam, non in eo est, ut doceat quid Pontifici Romano debeatur: sed quomodo ii ipsi, qui autoritate & dignitate præstant, suorum actorum rationem reddere debeat, etiā min-  
orib; ad scandalū v. tandem: prolato Petri exemplo, qui cum accusatur, quod ad gentes esset in gressus, facti rationem reddidit. Non s. quoniam au-  
tem, si Petrus poruit etiā p̄pondere suis accusatorib; non esse ab ouibus pa-  
storē reprehendendum, propterea Romanum Pontificem à nemine ciu-  
dicandum. Nam nec Romanus Pontifex id est Petrus: nec si ab ouibus suis iudicari non debet, ideo & à nomine prorsus. Quoniam Gregorius illud de Pastoribus non accusandis ab ouibus inconsideratē afferit.

XX. A seculari potestate nec ligari posse nec solui Pontificem, conces-  
damus sane gratis Nicolao, cuius autoritatem alioquin tenerin non possumus. Quid enim noceat? Nam ligare & soluere, vocabula sunt, non fo-  
renzia, sed Ecclesiastica: itaque significant potestatē non secularem, sed  
Ecclesiasticam: verum autem non posse secularem potestatē Ecclesiasti-  
ca iudicare quenquam, nedum Pontificem.

XXI. Quarta ratio ab Imperatorum confessione. Nam Constantinus apud Rufinū li. 10 hist. c. 2. noluit Episcopos iudicare, sed agnouit ab iis potius iudicari debere. Cui similis confessio Basili Imperatoris in fine o-  
Etia Synodi: admonentis etiā laicos, in quorum te ordine posuerat, ne velint iudicare iudices, aut pascere suos pastores. Præterea Nicolaus epistola ad Michaelem, probat pios Imperatores Pontificibus, nunquam imperasse, sed obseruasse.

XXII. Respondeo: Primum, hoc quicquid tandem sit, aut quomodo-  
cunque intelligendum, ad solum Rom. Episcopum non pertinet, sed ad omnes Episcopos. Constantinus n. detrectauit iudicare, non de Roma-  
no, sed de quolibet Episcopo. Quare quo iure inde cōficietur Romanum  
à nemine iudicandum, eodem ēt omnes reliqui eximentur ab omni iudi-  
cio, q; absurdum esse quis non videt? Et si inde cōcluditur Oecumenicus, iam nobis μετοχιφαλον nasceretur Ecclesiastice monstrū. Secū-  
do factum est extraordinarium, & apophthegma, q; nunquam in dectū abiit. Itaque & alias ipse Imperator de Episcopis iudicauit. vt de Cælio Carthaginensi ante id temporis, cum accularer Donatus à Cäsi Nigris: Et postea de Athanasio, quem in exilium tandem pepulit: de Eusebio, & Theogni, quos, literarum ab Imperatore scriptarum autoritate, Ecclesie suis cōiectos esse restatur Sozomenus lib. 1. c. 20. Deniq; longe magis mo-  
uat me tot Episcoporum iudicium, q; vnius Imperatoris dictum. Nam si ii Episcopi (quorum in aterū nomen erit magnum) ex quib; composita fuit Synodus Nicæna, sua priuilegia ignorarunt: quis credat ea Constan-  
tinum melius cognovisse? Quid quod ipse Bellarmine libro de Conci-  
liis c. 13. sic loquitur: *Eo tempore Pontifex, et in spiritualib; effet caput omniū, etiam Imperatorum, tamen in temporalib; subiiciebat se Imperatorib;.* Ergo, inq; ēt post Concil. Nicænu, iudicati potuerunt ab Imperatore Episcopi.

XXIII. Quinta ratio, ex testimoniis sanctorum doctorum. Quoru pri-  
mus Ambros. in oratione de tradendis Basilicis, *Bonus* (inquit) Imperat. a  
intra Ecclesiam est, non *jurta* Ecclesiam Respondeo, Ecclesiam intelligi cor-  
pus omniū fidelium, in quo esse debet Imperator tanquam vnum mē-  
brum: non vero Episcopum Romanum. Imo (inquit Bellarmine) si non  
est supra Ecclesiam, multo minus supra Ecclesie patrem & pastorem. Hoc  
est inquam, supra Oecumenicū Pontificem. Ridiculum: nam ipse pau-  
lo ante confessus est, hanc esse petitionem principii. Cur igitur reponit  
Vt libet: at nos, ut meretur, deridemus.

XXIV. Secundus testis Gregorius Nazianzenus, in oratione, quæ  
excusat, cur tandem ab Ecclesiastica functione abstulerit. *Vos ous (inquit)*  
nolite pascere pastores, neq; super terminos eorum elememini. Satis n. est vobis, si  
recte pascamini, nolite iudicare iudices, nec leges feratu legislatorib;. Et oratio-  
ne ad Ciues timore percussos, Num vocē suscipitis liberā? Et quod lex Chri-  
sti vos mea potestati meoq; subiecit tribunal: Imperamus n. & ipsi: addo, & im-  
perio maior, & perfectioni. Suscripegitur vocem liberam, scio te esse oum gregi  
mei. Sed respondeo, ne hic quidem agi de priuilegiis Rom. Episcopi. sed de  
iure cuiuslibet Episcopi. Et sane quis nescit hunc Gregorii nunquā fusse  
Episcopū Romanū? Ex mente igitur Gregorii, nulli Episcopi debent iudi-  
car: ab ouib; suis: omnib; Episcopis subiecti sunt Imperatores. Quid ergo?  
exspectē, nā Bellarmine, vt concludat, omnes Episcopos esse Oecumeni-  
cos? Præclare. At nos ne quidē concludamus Episcopos à nemine iudicā-  
dos. Nam supererant Coscilia, hoc est, Episcopi congregati, à quibus &  
Nazianzenus, & Alexandria, & Antiochenus, & Cōstantinopolitanus  
iudicari debebant? Cur Romanum subiocabamus? Amplius dico: absit  
inde concludamus non posse iudicari ab Imperatore: (quoniam de Impe-  
ratore non agi apud Nazianzenum, agnouit tandem Bellarmine in  
Recognitionib; Ieuīs distincta sunt munia, à munis Sacerdotum. Nā  
vt ante dixi, nūc iterum repto, in rebus sacrī Imperatores subiecti cui-  
libet sacerdoti. Ia politia vero Imperatores longe esse supra Episcopos.  
Neque v. hæc duo se se mutuo permutant, quia ratio est diuersa. Gregorius  
Magnus Epist. 31. lib. 4. ad Mauricium, *Sacerdotib; non ex terrena potestate*  
*Dominus noster citius indignetur: sed excellenti consideratione, propter eum cu-*  
*ius serui sunt, eis tra dominetur, ut etiam debitam reverentiam itpendat.* Et  
rurus Epist. 61. lib. 2. ad cundem Augustum, sc & Episcopū, & cius ser-  
uum iare Reipublicæ profiteretur.

XXV. Tertius testis Bernardus epistola ad Contradum Imperatorem,  
quem hortatur ad exhibendam reverentiam Petri Vicario. Quartus, Bo-  
nifacius apud Gratianum distinct. 40. Si Papa. Quintus, Hugo de S. Vi-  
tore parte 2. de Sacramentis. Sed hos nos cōtemnimus facile: vt recen-  
tissimos, ita maxime addictos Romano Pontifici. Bernardus vixit seculo  
post Christum duodecimo. Ut & Hugo ille de S. Victore. Bonifacius, in-  
ditione Gregorianā Iuris Canonici, appellatur Archiepiscopus Mogun-  
tinus, & legatus sedis Apostolicae. Etatem ignor: sed cius blasphemias  
quis

## LIBER DECIMVSTERTIVS, C. P. XIX.

273

quis non horretur? Sanctorum Canonum disciplinam, & antiquam Christianae religionis institutionem, magis ab ore secessoris Romanae sedis, quam a factis paginae, & paternis traditionibus experi: illius velle, illius nolle tantum explorari: ad eius arbitrium conuersationem omnia remitti aut intendi: denique, etiam si carceratum ducet animas in gehennam, tamen a nemine reprehendi. Has blasphemias, quoniam alia decebat coronis, p[ro]p[ter]e hanc, cunctos iudicatibus, a nemine iudicandus? Anathema tibi, Bonifacii: anathema vobis, Papistae, qui haec Christianitatis monstrantur: & tantum non adoratis.

### C. P. XIX.

#### De Nomibus Episcopi Romani.

I Decimum quartum Argumentum Bellarminus sumit à quindecim dominibus Episcopi Romani: quae sunt, Papa, Pater patrum, Christianorum Pontifex, summus sacerdos, Princeps sacerdotum, Vicarius Christi, Caput corporis Ecclesie, Fundamentum ædificij Ecclesie, Pastor oculis Domini, Pater, & Doctor omnium fidelium, Rector domus Dei, Custos vincis Dei, Sponsus Ecclesie, Apostolicae sedis præf[er]sus, Episcopus universalis. Atque ex his non omnibus tantum, sed etiam singulis aperte colligi vult primatum, id est, Occumenicum Pontificatum.

II. Respondeo, primo non esse illa omnia appellanda nomina Episcopi Romani, ut significat patebit. Si haec duo prius sint posita. Vnum, Nomen alicuius id appellari non possit, quod ei semel tantum legitur attributum: sed id quod aut semper, aut ut plurimum. Nam, exempli gratia, Petrus Christus scilicet Satanam appellavit: nec tamen quisquam est, qui Satanam Petri nomen esse dixerit. Romanum Babylonem Ioannes in Apocalypsi, & ut contendunt Papistæ, Petrus in prima, vocavit: nec tamen Babylon dicitur esse nomen Romæ. Et Bellarminus ipse voluit enarrare nomine Boanerges, hac ratione, quod iis quibus inditum fuit à Christo, deinceps nusquam tributum legatur. Alterum: quæ vocabula non propria sunt, sed communia, ea dicuntur abusus alicuius nominis. Sic Episcopus non potuit dici nomen Athanasij: nec Apostolus Pauli: nec Theologus Iohannis, aut Gregorii Nazianzeni. Secundo, nego ullum esse nomen, quod apud antiquos soli tributatur Romano Episcopo, ita ut non communiceatur aliis aut Episcopis, ut primum & ante inuestiam ambitiosam, fastuosamq[ue] & secularem inæqualitatem: vel certe Patriarchis. Tertio, nullum esse nomen unde queas Pontificatus ille Occumenicus concludi. Quod si à nullo, ne ab omnibus quidem. Id si non euincere ex singulorum consideratione, nihil est quod deprecari.

III. Primum nomen, PAPA, communissimum, atq[ue] antiquissimum. Apud Ignatium, Epistola ad Mariam Cassebolum: inde colligitur primatus tribus modis. Primo, quia per Antonomasiam, quum absolute pronunciatur Papa, solus Romanus intelligitur: in Concilio Chalcedonensi act. 16 Beatus & Apostolicus vir Papa. Secundo, quia solus dicitur totius Ecclesie papa: in eodem Concilio eadem actione, Leo dicitur Vniuersalis Ecclesia Papa. In Liberatore breuarii cap. 22. legimus, nullum esse Papam, super Ecclesiam mundi totius, nisi Romanum Pontificem. Tertio, quia Romanus vocatur Papa, à toto mundo, & à generalibus Conciliis, ab ipso vero nemo: pater ex Epistola ad Concilium secundum apud Theodoretum lib. 5. cap. 11. & Concilii Chalcedonensis ad Leonem.

IV. Respondeo, Papæ nomen primo, multisque seculis proprium non fuisse Romano Episcopo, sed promiscuum omnibus Episcopis, aut certe multis, quorum erat præter reliquos eximia quedam dignitas, sive propter sedem, sive propter personales virtutes, fortasse etiam propter etatem. Clerus Romanus Cypranus vocat Papam, Epistola 3. inter Epistolam Cypriani. Alexander Alexandrinus in Synodo Seleucia, apud Athanasium: Μανεπίοντος ἡγεμόνος Αλεξανδρεων. Iste Athanasius Epistola ad Antiochenenses. οἱ οἰκισταὶ τοῦ πόλεως Αγράνθοι, καὶ οἱ παρατυχόντες οὐ τούτοις Αλεξανδρεῖοι Ruffinus Symboli expositionem sic inchoat, Mibi quidem, fidelissime Papa Laurenti. Hieronymus in Epistolis Augustinum, Papam vocat: & Augustinus Ambrosium Epistola 24. itemq[ue] Aurelium Epistola 67. Athanasiu[m] Pachymeres in inscriptione paraphrasis in Dionysium. Eulogium Alexandrinum Photius Bibliothecæ c. 226. Et ne omnes colligam curiosius in eadem certa & perspicua. Sidonius in Epistolis nullum Ep[iscop]i opum non Papam vocat. Plura exempla collegit Saturnius in primam Sidonii Epistolam libr. 6. docens: Papæ nomen Veterib[us] visitissimum esse pro Episcopo. Valerius Strabo etiam diffusus cap. 7. dicit. Ecclesiastis: Papa, cuiusdam paternitatis nomen est, & Clericorum congruit dignitati. Quod suo suffragio Lindanus confirmat P[ro]nopl[er]is 4. c. 80. Nomen Papa, et amissi hodie apud Latinos uni Romano tribuebatur Pontifici, apud priores etiam vniuerso Presbyterorum ordinis fuisse commune, non leue extant conjecture. Non significat igitur id nomen Occumenicum Pontificatum: nisi omnes Episcopi sint Occumenici.

V. Iam quod de Antonomasia Bellarminus obseruauit; primo apud Gregorium Turonensem lib. 2. c. 27. inuenio quemdam sic Papam nominatum Antonomasice, Nuncius Episcopi cuiusdam poscit a Rege Clodoveo sibi restituivit quendam. Huic nuncium Rex sequi iubet, Quoniam mihi, inquit, vas illud sors dederis, que Papam poscis impleam. Secundo, dico Episcopum Romanum appellatum Papam antonomasticum, tantum ab Occidentalibus, inquam, qui ei suberant. In Concilio Chalcedonensi, quæ verba Bellarminus recitat, ea sunt Bonificii presbyteri, Vicarii Leonis: Beatus & Apostolicus vir Papa, inter catena hoc nobis mandauit. Quoniam Græce aliter, οἱ μαρτυροῦσι δογματικὸν εἰνονόν. Sed in eodem Concilio, eademque sententia, Eusebius reverendus Episcopus Dorylet, dixit, Sponte subscripti: quoniam & hanc regulam sanctissimo Papae in urbe Roma, ego relegi præsensibus Clericis Constantinopolitanis, eamque suscepit. Imo in Actis Concilliorum, ut Constantinopolitani quinti act. 1. consentientibus Agapeto Papa antiqua Rome. Et alias saepe, vbi nota non absolve Papam, sed Romanam Papam. Nam q[ui] Greci, Quid tuum, inquit? An id verum non est Romanu[m] Pontificem à Concilio appellatus fuisse Papam? Hoc ita-

quam, quid haber frontis? Quasi periude esset, si quis patrem Abramum diceret, & patrem Isaaci.

VI. Non tamen nego inuoluisse tandem, ut solus Romanus appellaretur Papa: sed dico admodum fieri factum. Et quidem velim gradus obseruar. Nam primo titulus is omnium fuit Episcoporum, ut dixi. Deinceps tamen eximius factus Patriarchis Theodorus Ballamon de Patriarcharum priuilegiis, τὸν εἰανὴν γέραφθη τὸν πατέρινον παρεδόσαν κατόνομος Παπα, τὸν ποτε πάπα τὸν Αλεξανδρεῖαν απόλαυσην τὸν Κορυντικόν λόγον, τὸν Ιεροσολυμαν, ποτε τὸν παπογενεσίαν Πατριαρχών τούτον τὸν Απόλοντα εἶπεν οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν: querit quām obrem non statinuita Antiochenæ Ecclesiæ, cuius Antistes Patriarcha tantum dicitur: quum & diuinæ literæ, (sic existimo appellari literas Imperatorias, quæ passim θεοὺς γενουσία audiebant) & patrum traditiones Papam appellant Romanum, Alexandrianum, Hierosolymitanum. Denique tamen omnibus ablatus est, & reseruatus soli Romano. Onufrius, Additionibus ad Platini vita Bonifacii tertii, Additum, ut Papa nomen, quod omnium vocabulorum Episcopatum excellentius esse statutum est, solus Romanus pontifex, quum ante omnibus commune esset Episcopis, retinet: quo uno & illitum particuliari nomine, potestatis eius dignitas, & supra easeras Ecclesiæ vetus prærogativa designetur. Quo spectat illa in Gregorii septimi sententiis bīcūotiibus, Quod unicum nomen est in mundo, Papa videlicet, apud Baronium tomo II. ad annum 1076. Hic vero qui non obseruat, nimis quam longe d[icit] eccl[esi]um esse a prima simplicitate, quid illum dicam cor habere, & non potius peponem pro corde: & hanc adeo degenerem inhouationem obtrudent nobis pro argumento veritatis? Apage impostores.

VII. Mitto, quod possum virgere, eti[us] vece ac legitimè per Antonomasiam Romanus Papæ diceretur; non sequi tamen habere primatum: primatum, inquam, potestatis. Nam dignitatis primatum nihil moratur. Etenim Paulus per Antonomasiam lolet Apolitolum audire absolute, qui tamen reliquias non p[re]tereat. Et Homerum apud Græcos, Virgilium apud Latinos, quotusquisque non appellat Poetam? Qui tamen reliquias nudquam quicquam poetis imperaverunt;

VIII. Poter[em] voiuersalis Ecclesiæ Papa, nihil habet in solens, & quod non possit cui liber Catholico Episcopo tribui. Nam quia, ut vidimus, id. m[od]est Episcopus & Papa: poter[em] apud Veteres plurimi appellabantur vniuersali Ecclesiæ Episcopos: nihil est, quo dura videti possit phrasis, quæ dicit vniuersalis Ecclesiæ Papam: hoc est, eum, qui Papa fit, in Ecclesia non heretica, sed Catholica, id est, vniuersali, ut Nazianzenus in Testamento appellat se, qua de re alias. Illud ex Liberati Patarenis Episcopi, durius, Multos esse in hoc mundo reges, & non esse unum, sicut ille Papa est, super Ecclesiam mundi rotius. Quod si eam potest interpretationem admittere, quam adfer Iunus, Siluerium non habere parem in mundo sibi Episcopum; & ille Papa, non sit Papa Romanus, sed Siluerius eo fungens munere, & super Ecclesiam mundi rotius sit iugularis, & qui eminat supra omnes dominum Ecclesiarum Episcopos: frater sane. Sed si non potest aliam explicationem admittere, præter eam qua Bellarminus initit, non video quid nos mouere debeat solitarius testis, nec intet antiquissimos.

IX. Appellatum fuisse Romanum à toto mundo, & à generalibus Conciliis, Papam: primo non est verum. Non enim à primis Synodis. Nam Nicenum Canone 6. Romanum appellat. Sardicens in literis Synodali bus apud Theodoreum hister: lib. 2. c. 8. collegam nostrum Iulium, Ecclesiæ Romanae Episcopum. Constantiopolitanum apud ennden lib. 3. cap. 9. Dominus honoratissimus, & cum primus reverendus fratribus & collegis Damaso, Ambroso, & reliquis. Ephesinum. τὸν αὐτοτάτῳ τῷ σταυταῖ τοῦ θεοῦ τούτῳ Καρthaginense inter Epistolam Augustini. Domino beatissimo & honoratissimo fratri sancto Innocentio. & Hoc itaque gestum, Domine frater sanctus, charitati tuae intimandum duximus. Et quomodo Papam appellassent Concilia, quum ipsi singuli Episcopi, fratrem, collegam, coepiscopum? Porro à Chalcedonitem Romanum esse eo nomine compellatum, fallum est. Salutatio in literis sic habet: Sancta, & magna, & vniuersalis Synodus, quæ per gratiam Dei, & antedictum p[re]missorum, & amatorum Christi Imperatorum, collecta est in Chalcedonensi Metropoliprovincie Bithynia, sanctissimo & beatissimo Romanorum Archiepiscopo Leoni. Sed nimur fidem habuit Bellarminus collectori eorum auctorum, à quo his literis titulus præfixus, Relatio Sancte Synodi, Chalcedonensis ad B. Papam Leonem, sed huic titulo fides nulla est.

X. Deinde, quid tum, si appellatus est Papa? An propterea agnitus pro Occumenico? Minime vero. Nam Papa nullius nomen est Ecclesiastici gradus, sed tantum honoris delati: itaque nemo le ipse Papam appellavit inquam, aut scriptit, sed tantum alii alios: quemadmodum et dominum se[n]t[em] nemo, sed alii alios honoris causa. Cum tamen singuli se Episcopos, & Patriarchas, & Archiepiscopos non vereceatur dicere.

XI. Secundum nomen est Pater Patrum: tributum Damaso à Stephano Carthaginensi literis scriptis nomine trium Synodorum, Beatisimo Domino, & Apostolico culmine sublimato, Sancto Patri patrum, Damaso Papa. Nec vlli alteri inquam id nomen communicatum legimus, & in Recognitionibus addit[em] Terrullianum, qui initio libri de Pudicitia, vocat Episcopum Episcoporum.

XII. Respondeo, primo nihil probari: quia illa Stephani Epistola ad Damasum est impudentissime conficta: tota scatens meritis mendacis: styllo sic inuoluto, ut vix binæ coeant periodi, imo vix ac ne vix quidem settsum efficient commodum. Et quis credat tantam fuisse ab Africano agitam Romania autoritatem in vniuersum orbem, & tamen ad eius mentionem, factam a Zozimo, omnes obstupuisse? A Terrulliano Episcopum Episcoporum fuisse appellatum; sed eis, non, appellatu si quis non viderit, quid videt? Pontifex scilicet maximus, Episcopus Episcoporum dicit, ut p[ro]pterea ridiculi sunt apostolæ, qui inde tantum non demonstrationem eruant.

XIII. Secundo, fallum est id nomen nulli præter Romanum fuisse communicatum. Nam in quinta Synodo Occumenica Episcopi secundæ Syriae Ioannem Constantiopolitanum sic salutant, Domino nostro per omnia sanctissimo & beatissimo patri patrum, Archiepiscopo, & Occumenico Patriarcha Ioanni Imo, quod magis mirere, neque inquam factum aduertas Romanus

mano; ab ipsa Synodo in Relatione. Domino nostro sanctissimo & beatissimo patre patrum, Archiepiscopo & Oecumenico Patriarcha Ioanni, Synodus. Similiter Sidonius lib. 6. Epistola 1. ad Lupum. Benedictus Spiritus Sanctus, & pater Dei Omnipotens, quod tu pater patrum, & Episcopus Episcoporum, Equaliter seculi tui Iacobus, de quadam specula charitatis, nec de inferiore Hierusalensiota Ecclesia Dei nostri membra superinfricuit. Theodorus Balsamon in responsis ad interrogata Marci Alexandrini, Κύρος Μάρκος πατήρ των ἀπόστων την γένεσιν Θεοῦ, & περιβούτιγαν περιβούτιρος: Dominus Marcus, est Pater patrum Dei gratia & presbyterorum presbyter. Theodorus Critopoulos Heracliensis Metropolitanus, in sua *waggenmōd Renunciationē*, quæ est in iure Graeco Romano Leuncianus, suū successorē sic salutat, καίσα ἡ ποιμάριξ, πατήρ των ἀπόστων. Salve, pastorum princeps, & pater patrum. Non ergo solus Romanos sic nuncupatus. Et sane viderunt circumloquio nominis Archiepiscopi, & Patriarchæ. Nam quis nescit, Episcopus esse Patres? Qui his igitur præsunt, sunt patres patrum Itaque nulla significatio est Oecumenici Pontificatus.

XIV. Tertium nomen, *Pontifex Christianorum*, apud Eusebium in Chronico anni 44. Sed nos iam ante docimus, non ita scripsisse Eusebium. Deinde non sequitur à Petro ad alium illum: itaque non potest profere illum locum, quo ita appellatus sit illus Romanus Tertio, hic pontificatus eodem loco distincte nominatur, atque etiam prius quam pontificatus Romanus. *Petrus Apostolus, natione Galilaeus, Christianorum pontifex primus, qui primum Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romanam proficisciit, ubi Euangeliū predicans viginti quinque annis eiusdem urbis Episcopus perseverat.* Ergo Pontifex dicitur Christianorum Petrus, sed urbis Roma Episcopus. Non est igitur Romanus Episcopus, Christianorum Pontificatus; huic saltē auctori, quisquis sit tandem. Nam cæterum nihil in hoc est titulo magni momenti. Nam Pontifex Christianorū quilibet potest dici qui inter Christianos pontifex, id est, Episcopus, quod alias memini dicere. Sic Photius Bibliothœcæ cap. 48. Caium quandam dicit *Ægæum in qua regnatur Ordinatum esse etiam gentium Episcopum.* Certe non lolum.

XV. Quartū nomen, *Summus Pontifex*, & rursus in eadē Stephanī legitur Epistola: & apud Gregorium Dialogorum lib. 1. ca. 4. & apud Anselmum, prefatione in librum de Incarnatione Verbi: & apud Bernardum in Epistolas ad Romanos Pontifices: & H̄eronymum prefatione in Euāglia. Et in sexta synodo, actione 18. Agatho vocatur Summus Papa.

XVII Quintum nomen, *Principis sacerdotum*: in epistola Valentini ad Theodosium; ante Concilium Chalcedonense, *Beatissimus Romana v. bis Episcopas*, cui principatum Sacerdotij super omnes antiquitas contulit. Prosper libro 2. de Vocatione Gentium, capitulo sexto: *Roma, proper Sacerdotij principatum, amplior facta est arca religionis, quam solo potestatis.*

XIX. At qui superest sensus, non potest non esse à malo: nec sane vnum  
quem usurpat, nisi post inuestigatum tyrannidem. Itaque tum damnatum  
plum fuit nomen ab Africanis, quum eos sua iurisdictioni Romanus  
primum conatus est subiicere. In Concilio Carthaginensi, Canon. 26.  
Prima sedis Episcopus non appelletur princeps Sacerdotum, aut summus Sa-  
cerdos, aut aliquid huiusmodi: sed tantū prima sedis Episcopus. Nam quidtum,  
fuit Concilium particulare? dummodo Catholicum? Non poterat (in-  
quit Bellarmine) aliarum prouinciarum Episcopos obligare. Ita est

Cane, inquam, vi legis: sed vi rationis quidni potuit? Ibidem canon sex-  
tus, Placuit, ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur. Quis dubi-  
tat, patres Africanos sua autoritate non potuisse id imperare Italos, Hi-  
spanos, Græcis? An minus legitimum? Imo apud Italos, Hispanos, Gra-  
cios valere debuit: quia sanctio iusta est & rationabilis. Nobis simili certe hic  
de principe Canon probatur: imo omnibus probandus est. Ideo que Au-  
relii Carthaginensis, Augustini Hippotensis sententia, non potest non  
magni præiudicii vim habere.

X. Cæterom in oratione de laudibus Heronis Nazianzenus, Athanasium Ἀλεξανδρεὺς vocat δέκτη τὸν ισπόντα, id est, principem Sacerdotum; Billio, Sacerdotum antistitem. Ne sibi solus eo nomine blandiatur Regius manus, & tamen nonquam fuit Athanasius Occumenicus.

XXI. Sextum nomen, *vicarius Christi*: apud Bernardum libro 2. de Consideratione : & in 6. titulo de Electione, capite *ubi periculum*, ex Concilio Lugdunensi sub Gregorio decimo.

XII. Respondeo, primum testes esse recentissimos; ac proinde non locupletes, Bernardus vixit 12. seculo. Gregorius decimus autem tertio post decimum; actum iam pridem longe lateque tyranis Romana vagabatur. Secundo, Cyprianus appellat se ipsum ad tempus iudicem in Ecclesia vice Christi. Ignatius Epistola 2. quæ est ad Trallianos, postquam de Episcopo, Presbyteris, & Diaconis, loquutus est, subdit, *et mihi cum ipsorum fratribus iuribus coram eis auctoribus Xerxis & Phalexiis, et eis reditum est: illi iuris sunt tales sunt.* At vos, reverendi illos, tanquam Christum, cuius locum obtinetis. Sed & Paulus post ad Corinthios 5. *xviii Xerxes aegrotus est, quod pro Christo, id est, nomine Christi legatione fungimur.* Autor operis imperfecti in Marthænum Homilia 6. Qui ventri suo contradicere potest, qui seculi huius bona contemnit, qui vanam gloriam non desiderat, ille debet Christi vicarius factus, institutum Christi predicare. Non ergo solus Romanus Christi vicarius est.

**XXIII.** Septimum nomen, *Caput Ecclesie*. Concilium Chalcedonense epistola ad Leonem, *Quibus tu velut membris caput praeras*. Et actione prima, Ecclesiam Romanam dicit caput omnium Ecclesiarum.

XXIV. Respondeo: primum Chalcedonense Concilium agere de Episcopis tantum congregatis, quibus Leo praefuit per legatos suos. Quia autem iam probauimus, neque suo iure, neque omnibus Concilis Romanum praefuisse: non possunt haec intelligi verba, ut significant Leonem praefuisse Chalcedonensi, eam ob causam, quod esset caput omnium. Sed potius est re nata: quia omnis praeses capitii comparatur, habita ratione eorum quibus praest: ideo eorum Episcoporum, qui tum in Concilio erant, & quandiu in eo fuerunt, Leonem fuisse tanquam caput, quia eis praesidebat. Non bene concluditur autem a iis Episcopis ad vniuersam Ecclesiam. Neque enim qui praesedit Ephesino Concilio Cyrillus, propterea caput fuit omnium Christianorum. Et quis id credit de Synodo Chalcedonensi, in qua decretum constanter fuit, frustra ringentibus legatis Romanis, ut Romano Constantinopolitanus æquaretur, maiestate? Et nos eadem definimus de priuilegiis eiusdem Constantinopolitana Ecclesiæ noua Roma. Etenim sedis senioris Roma propter Imperium ciuitatis illius, patres consequenter priuilegia reddiderunt. Et eadem intentione permoti centum quinquaginta Deo amanissimi Episcopi aqua sedi noua Roma priuilegia tribuerunt, rationabiliter indicantes Imperio & Senatu urbem ornatam, e quibus senioris Roma priuilegiis frui, & in Ecclesiastico, sicut illa, maiestate habere, negotiis, & secundam post illam existere. Quod si idcirco Romanum appellavit caput, quod omnibus imperarer, quomodo potuit fieri ut ei Constantinopolitanum, eti si ordine postponeret, maiestate tamen æquaret? Porro caput omnium Ecclesiarum, statim initio Concilij, verba sunt non Concilij, sed Legat Romani Paschafini. At nemo reclamauit, inquit Gretserus. Atne mole laudauit: inquam ego.

XXV. Octauum nomen, fundamentum Hieronymus epistola i. ad Damasum de nomine hypostasis, Super hanc Petram adificatam Ecclesiam scio: vbi Damasum petram Ecclesiae vocat. Respondeo, Bellarminus fali. Non enim Damasum, sed Christum petram ab Hieronymo dici. Atque adeo locus, quem non sine causa mutilavit Jesuita, ita se habet, Ego nullum primum, nisi Christum sequens, beatitudini tua, id est, cathedra Petri, communione consorior: super illam Petram adificatam Ecclesiam scio. Illam id est, Christum: nam alias hanc dictum oportuit; quomodo & Bellarminus ausus est reponere.

**XXVI.** Nonum nomen, *Pastor oculis Dominici*. Ambrosius Epist. 81. ad Syricum, *Recognovimus literis sanctitatis tuae boni pastoris excubias, quam si deliter tibi commissam ianuam serues, & pia sollicitudine Christi oculis custodias*.

**XVII.** Respondeo, primo oēs Episcopos esse pastores ouilis Domini: quia eis singulis commissum est  $\tau\delta$  ποιησιν Θεοῦ: idque non tantum ea ratione, quia singula ē Ecclesia sic vocantur, ut apud Petrum, qui esto prior,  $\tau\delta$  εἰς τὴν ποιησιν Θεοῦ: sed etiam, quia verum, quod Cyprianus dixit de unitate Ecclesia Episcopatus unus ēst, cuius à singulis in solidum pars tentur. Et epist. 67, Etsi pastores multi sumus, unum tamen gregem paſcimus, & unius universas, quas Christus sanguine suo ac passione quasiū colligere & fore debemus: Ita que Innocētius in excommunicatione Arcadii:  $\tau\delta$  καταί-  
phious διοικητή τῆς Εκκλησίας Θεοῦ εἴρηται, ἐκάροις μὲν τῷ αὐλαῖον τύπῳ: ταυ-  
ρα: ταυρών τῇ Ξεστῷ τῷ Θεῷ. μεταρτοῖς δὲ ποιητοῖ τῷ τέτοιο θεοτοπο-  
ποιησιν. Tempore pacis persecutionem aduersus Ecclesiam Dei concibit, qui ve-  
rum quidem eius pastorem expuleris: & cum eo expuleris ipsum quoq; Christum  
ac Deum: mercenariis aut, non pastorib; gregē eius commiserit. A duce ita Chry-  
softomū verū pastorem Ecclesiæ aduerte  $\tau\delta$  ποιησιν τῇ Ξεστῷ gregem Chri-  
sti commissum mercenariis. Nam ita concidit Gresferi cauillum: qui ob-  
sistenti Sutliuio id nomen esse piorum Episcoporū. At nūm, inquit, interre-  
strictione? Nam hic certe sine restiictione Chrysostomus sic appellatur.

**X XVIII.** Secundo, non loquitur Ambrosius de Ecclesia Catholica: sed de ea particulari, quae erat Syticio attribuita. Qui, inquit, fidelter tibi commissam ianuam serueris: non torum domum, sed eam ianuam, quae erat ei commissa. Et addit, Nec miramur si luporum rabiem grex Domini perhorruit, in quibus Christi vocem non cognouit. Quae verba nullo modo intelligi queunt de Ecclesia vniuersali: sed tantum de Romana: suntque referenda ad ea, quae habentur in Epistola ipsius Syticii, cui tum respondebat, Omnium nostrum, tam presbyterorum, & Diaconorum, quam totum etiam cleri una suiscissata

## LIBER DÉCIMVS TERTIVS CAP. XIX.

275

*sufficiata fuit seminaria. Hoc igitur ouile Christi appellatur Ambrosius, quod in mercenariis non agnouit vocem Christi, illud, inquam, cuius vnam sententiam Sycius excitata fuisse laudat. Illius ouilis Christi, ergo Syri ium P̄m̄ dicit Ambrosius, non vniuersorum. Itaq; illud rursus Greci, ut, nam sine restrictione, concidit.*

**XIX.** Decimum nomen, *Rector domini Dei* Ambrosius in 3. prioris ad Timotheum, *Domus Dei est Ecclesia, cuius hodie rector est Damasus*. Sed hic nihil aliud Ambrosius vult; quam Damasum vnum esse e rectoribus domus Dei: quemadmodum Cicero nō Consulem Romanum, dicat quis, id est, alterum e Consulibus. Apud Baronium anno 301. *Dicebatur ille etiam dux exercitus, qui vel vni tantum ab Imperatore legioni prefectus erat. Nō vero vult esse vnum solumq; vniuersitate demus rectorem. Quid enim reliquias fieret Episcopis?* Certe Paulus prioris ad Corinthios 4. *Sic nos reputemus, si non est domus rector? Primo ad Colossenses, Pro corpore eius, quod est Ecclesia: cuius factus sum. & minister. An solus? In breuiario Romano. Andreas Apostolus eo nomine censetur: *Maioratem tuam Domini suppliciter exoramus, ut sic us Ecclesia tua beatus Andreas Apostolus existat predicator & rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor*, Audim' Ecclesia? Ergo & domus Dei. Nam quae est aia domus Dei, quā Ecclesia? Apud Athanasium *Apologia secunda legas epistolam Arsenij Hypselitani ad Athanasium, ē οὐεῖς αὐτούσιοι τὸ εἰρήνην καὶ εὐνοίαν τὸν θεόν οὐκέτι οὐδὲν οὐδὲν*. Etiam nos diligimus pacem, & unionem cum Catholica Ecclesia, cui tu nunc praesper Dei gratiam. Basilius epist. 56. de Ambroso, *πόνοις οἰωνοῖς ἐπεργάτης τοῦ μετάλλου καὶ βούτην τὸν, ιτά τοι τοι Χριστοῦ πέμψας τῷ Θεῷ οὐκλαίσας, Κλαυδίου απέπειρα magna famosissimaq; ναυαγίᾳ ταύτῃ η Εκκλησία Dei. Regebat ergo Ecclesiam Ambrosius. Audiuiti de Ecclesiastis viris, nec eis miratus. Audi de laico, de seculari priape, & de Romano Episcopo mirati desine. Ambrosius Epistola 44. Constantinus dicit in puppe Ecclesia sedere, nauimq; aduersus fluctus gubernare, & ei neges rectoris nomen?**

**XXX.** Undecimum nomen: *Gnostos vinea*. In Concilio Chalcedonensi, Epistola ad Leodem, *Insuper contra ipsum, cui vinea custodia à Salvatore coniessa est, id est, contra tuam Apostolicam sanctitatem, extendit in saniam. Respondeo, ut prius: Vinea est Ecclesia. Itaque cui Ecclesia commissa est, cur non dicatur & vinea? Rursum eadem vinea est ouile. Ergo cui ouilis, eidem vñce tradita custodia est. At cuilibet ouilis: ergo cuilibet Episcopo vinea.*

**XXXI.** Duodecimum nomen. *Pater & doctor omnium Christianorum*. In Concilio Florentino sessione ultima. Ipse etiam Romana Ecclesia vocatur mater & magistra omnium Ecclesiarum, in Concilio Lateranensi sub Innocentio tertio c. 5.

**XXXII.** Atqui primum haec sunt autoritates recentissime: & Concilia celebrata maxime Romana tyrannide. Florentinum seculo 15. Lateranense decimo tertio. Quale autem est, ut à recentissimis, corruptissimisq; temporibus mutetur iuum ius Ecclesia? Erre, non dabis ex vera antiquitate ullum eiusmodi testimonium de Ecclesia Romana. Ipsum Episcopum patrem & doctorem omnium Christianorum, non admodum mirer dictum, qui Oecumenicus audiebat. Et vñ ostendam non esse ad hanc rem? Ignatium illum Antiochenum appellat, c. 17. primi Dialogi, *πατέρα τῶν οἰκουμενικῶν διδάσκοντος, Celeberrimum Ecclesia doctorem*.

**XXXIII.** Decimum tertium nomen, *Sponsus Ecclesia*, ex Concilio Lugdunensi generali, ut habetur in 6. de Electione, capite Vbi periculum. Non diffiteor sic legi in eo Concilio, quod est celebratum seculo decimo tertio. Quin scio in Concilio Lateranensi sub Leone decimo, eadem voces auditas. Sed ab blasphemis abhorruit semper Ecclesia: nec certiores villes agnouit blasphemias, quam quum superbissimo bipedium ea tribuuntur, que soli Filio Dei conueniunt. Quanquam ab isto si libeat discedere, quid erit, quo, tanquam eximio, intoleseat Romanus? Certe Ambrosius omnes Episcopos eodem honorarititulo: de Dignitate Sacerdotali, c. 4. allegoricos explicans Pauli locum de vniuerso viro: *Monet ne post catholicum dogma, sensum inneniat Episcopus habere hereticum: sed Christianum tantum Orthodoxam & Catholicam sibi associet fidem, ut vniuersum modo uxori, & Catholicę Ecclesię vir Episcopus vocaretur*.

**XXXIV.** Decimum quartum nomen, *Apostolica sedis presul*. Sed hoc nomine negamus significari Oecumenicum Pontificem: sed eum qui presidet in ea Ecclesia, quam aliquis Apostolus primum fundavit. Nam is olim vñus erat, ut Apostolica dicerentur Ecclesia illæ omnes, quas viae apostoli docuerint, ut Romana, Hierosolymitana, Antiochena, Ephesina, Corinthia: ut videre licet apud Tertullianum libro de Prescriptionibus, & Irenaeum, c. 3. li. 3. Itaq; Hieronymus ad Theophilum de Ioanne Hierosolymitano, *Apostolicam cathedralm habere se iactat*. Nec id negare Bellarminus aut audet, aut etiam potest. Quid ergo? Nimis, ut puluerem iniiciatoculis, in trib. Romanum hic notat excellere. Quod etsi concedam, tamen non sequitur esse Oecumenicum. Quicunq; enim in aliquo excellit, non est propterea dominus eorum quibus prefertur. Sed haec tam tria cuiusmodi sunt videamus.

**XXXV.** Primum, quia quum dicitur absolute Sedes Apostolica, semper intelligitur Ecclesia Romana. Augustinus Epistola 106. *Missa sunt debacre ex duobus Conciliis Carthaginensi, & Mileuitano, relationes ad Apostolicam sedem*. Respondeo, primo nihil sequi: nā loco iam citato Hieronymus Apostolicam cathedralm simpliciter nominauit, quū Hierosolymitanam invenirelligeret. Neq; antonomasia, ut al: as dixi, dominatum ullum, aut etiam singulatatem significat, Deinde is antonomasiae vñs in omnib. Ecclesiis, sed tantum in Latinis, apud quas præter Romanam, nulla sedes erat Apostolica: quū apud Graecos plures numerarentur. Sic s̄epe accidit, ut quæ vñica sunt in singulis regionibus, ea generali nomine signifcentur tanquam proprio. Sic Galli, etiā sciat multos esse in orbē reges, tamen suū non nisi Regis nomine denotant absolute: quum alii addant regnum, ut Regi Hispaniæ, Regi Anglia, Regi Danie. Nec vñquā aliter. Ex quo iure ille vñus est Hispaniæ Regis, qui suis scriptis nihil aliud

suā monū dicit preter lo el R. y. Denique quis nescit non tantum vñica, sed etiam omnium notissimā sol. re nominari antonomastice? Apud Graecos Antiochus absolute Rex audibat. Plurarchus in Camillo Datium βασιλία si hominatuit, Αἴξων δι τοι Γερίνη τε βασιλίας σπαρτιών Θερμήνειαν, Alexander regis militia ducēt menſe Thargelone ad Granicum deuicit. Apud Nicetam in Historia, rex Riciliae, qui bello Graeciam affigebat, vix alio venit quam τερπνός nomine. Sic Sultanum absolute appellatum sciunt omnes, Ἐgypti regem. Non est ignis mirum in Occidente, id est. Ecclesia Latina, non tantum sedem Apostolicam dictam pro Romana, sed etiam Apostolicum, pro eius Episcopo; quod frequen̄ issimum est apud reores historicos. Hoc iure vñus Synesius Epist. 67. de Alexandrino loquens Episcopo αὐτὸν δι τοι περιπλεύ, αὐτὸν δι τοι αὐθινας τε διαστάσις. Διαδόχος δι τοι γρατε. Hac illa quaestio est, cui oportet autoritatem Apostolicae successionis respondere.

**XXXVI.** Secundum Bellarminus obseruat, quod Romanus Pontifer dicitur regere nouū solum Apostolicam sedem, sed etiam principatū Apostolicā sed s, apud Augustinum epist. 62. Sed principatus Apostolicā sedis non est dominium in aliquas feues: verum ipsius Cathedrae administrationis: & hunc esse sensum Augustini, alias dictum nobis: *In Ecclesia Rom. inquit, semper Apostolica cathedra viguit principatus: hoc est, semper continua est dignitas Episcopalis in administratione sedis Apostolicæ*. Sic, quod Sozomenus lib. 7. c. 6. Grece dixit, de Nazarenō non ambiente Episcopatum Constantinopolitanum, ὅτι τοι καὶ δόξεις εἰς ιντιμιας διατάξις τοι οὐκλαίσι: neque pro inanis gloria operantur Ecclesiastam regere, qua ei obligit: Christopherus vettit. Neq; inanis gloria causa principatus affectatur eius Ecclesia, quam ipse suscepit. Et rursus, quam idem lib. 7. c. 1. αὐτοῖς dicitur, hic primatum vertit: loquitur autem de quibusdam, qui concordiam præferebant Episcopali dignitatib; bīo vñto 2. c. 20. αεστιον οὐκλαίσι, idem Sozomenus appellabat. Nec aliter apud Theodorum lib. 1. c. 27. τοι δι τοι λεπονθεματος μεταβολαις, Primatum Hierosolymorum, post Macarium, obtinuit Maximus. Nec alio sensu Cyprianus epistol. 66. scriptit Nouarianos cathedrali sibi constituere, & primatum assumere. Augustino igitur principatus cathedralis Apostolicæ, nūbil aliud est, quam Episcopatus in successione Petri.

**XXXVII.** Tertio Bellarmino obseruat, munus Episcopi Rōm. dicit Apostolatum in Concilio Chalcedonensi actio. 1. apud Honorium Imperatoris epistola ad Bonifaciū. in Epistola Episcoporū Galliæ, q; est inter Leonis epistolas 51. & in epistola Bernardi 90. Quod nomine de nulo alio legatur.

**XXXVIII.** At ego Bellarmini audaciā mīrūnam, ut verum sit Apostolatum tributum Romano: certe posterius, nulli alii tributum, falsum est. Rursum Lemo in ensis libri secundi Epistola 8. ad Aenium, quem & Apostolicum salutat, & Papam, *Ad Apostolatum vestrum commendatis in postulantib; libenter induſsi*. Similiter ad Aprunculum Epistola 48. *Has ad Apostolatum vestrum literas desi*. Item post ad Censurium, & alias s̄epe. Sidonius lib. 6. Epistola 4. ad Lupum, *Prater officinum, quod incomparabiliter eminenti Apostolatum tuos sine fine debetur*. Et epistola 7. ad Fontellum, *Ego quoque ad Apostolatus tui notitiam pleniorum, cum prærogatiis domesticis & familiariis acede*. Et libri 7. Epistol. 4. ad eundem, *Apostolatum vestrum parochinum copiosum, verissime dominus anima mea Simplicio & Apollinaris intermixta intercessione, conferre vos compéri*. In renunciatione Heraclienosis Metropolitani Theodori Critopoli, *παρεπεμψάς τοι τὸ Πρόνοον, τὸ τοι δέκατον, τὸ παρεχόμενον τούτοις τοι συγχαίρομον, τοι δι τοι παρεκλητος εἰς τοι δόγματοι αὐτοῖς αφορεῖ*. Deprecor & thronum, & principatum, & Sacerdotium, ad horumque eum qui vocatur, & quē Paracletus ad Apostolatum suum separabit. Pacianus Epistola prima: *Denique Episcopi Apostoli nō nominantur*. Vide Sauromē in illam Apollinaris Epistolam 4. libr. 6. Quid igitur habet Bellarminus proprium Romano? Et si nihil non commune, cur ei proprium fabricat Oecumenicum Pontificatum?

**XXXIX.** Decimum quāntum nomen, *Episcopus vñiuersalis*: in Concilio Chalcedonensi actione tertia, leguntur tres Epistolæ diuersorum Graecorum ad Leonem Papam, quæ omnes ita incipiunt, *Santissimo & beatissimo vñiuerſali Archiepiscopo & Patriarcha magni Roma Leoni*. Adde Actione secunda nomen *Dominus noster & sanctissimus Papa*, prolatum ab Actio Nicopolis.

**XL.** Respondeo, primum non esse ea testimonia ex prima pura que antiquitate: sed ex quinto seculo, quum iam τοι τοι γρατε contentio nascetur inter Romanum & Constantinopolitanum. Secundo, non esse ipsius Synodi Chalcedonensis, sed particulare aliquorum suo nomine, proprio quo mortu vel scribentium ad Leonem, vel loquentium de Leone. Tertio, dico ea ipsa nomina aliis delata, præter Romanum. Primum & Clericis & Monachis Antiochenis Ioanni Constantinopolitanis in quinta Oecumenica Synodo, *Santissimo ac beatissimo Archiepiscopo Oecumenico Patriarcha Ioanni*. Et ab Episcopis, Domino nostro per omnia sanctissimo & beatissimo patris patrum Archiepiscopo & Oecumenico Patriarcha Ioanni, ac Sancte & Deo venerabili Synodo in regia ciuitatum urbe congregata, minimi Episcopi secunda Syriae. Adde iam ipsam illam Synodum in Relatione, Domino nostro sanctissimo & beatissimo patris patrum, Archiepiscopo, & Oecumenico Patriarcha Ioanni, *Synodus in hac Imperiali ciuitate congregata*. Quid tale pro Romano profert Bellarminus?

**XLI.** Nec facile post ea tempora Constantinopolitanum inuenias absque ea honoris prærogativa. In Niceno secundo, *Beatissimo ac sanctissimo Domino Tharasio Archiepiscopo Constantinopoleo vñiuerſali Patriarcha, Orientales Pontifices & sacerdotes in Domino gaudente*. Ipse etiam Romanus Adrianus, *Dilecto fratri Tharasio generali Patriarcha, Adrianus seruus servorum Dei*. Adrianus, inquam, Constantinopolitanum prædicat generalem Patriarcham; quem tamen idem Constantinopolis annus salutat collegam, *In omnibus sanctissimo & beatissimo patris patrum, Archiepiscopo, & Oecumenico Patriarcha Ioanni, Synodus in hac Imperiali ciuitate congregata*. Quid tale pro Romano profert Bellarminus?

**XLII.** De Domino nostro & sanctissimo Papa, vñus Episcopi verba sunt: *Græcia ita, τε διατέται οὐδεν τοι τοι γρατε, τοι δεξιοτητάντων Αἰονογόλην. Domini nostri, & sancti Patris, & Archiepiscops Leonis Epistola. Priuatum ergo effatum vñus Episcopi, non publicum totius Concili. Deinde quid*

quid habet virium? Nam Domini nomen etiam aliis pluribus communicatum. Certe in eadem actione paulo prius habes, *Domino meo dilectissimo fratri & consacerdoti Ioanni Grilli*: Sancti autem epitheton nemini ferme negabatur Episcopo. Actione 1. *Sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo Flavianiano.*

## C A P. XX.

## De Conciliis.

I. Atque hactenus Papistarum argumenta: nunc examinamus Antiquitatis testimonia, quorum classes quatuor Bellarminus distribuit: Conciliorum, Romanorum Episcoporum, Patrum Graecorum; denique Patrum Latinorum. Sed libet protestari, que variis iam locis explicata fuere, ea me non repetitur; et si sunt non pauca.

II. Concilia colligunt Bellarminus c. 13, lib. 2. de Pontifice: & Agricola c. 19. de Primitu Petri: & haec nominant Nicenum primum, Sardicense, Constantinopolitanum primum, id est Oecumenicum secundum Ephesinum, Chalcedonense, Constantinopolitanum quintum, Nicenum secundum Lateranense, Lugdunense, Florentinum. Ex quibus tria postrema frustra offeruntur: omnia post confirmatam Romani tyrannide: imo recentissima, Lateranense sub Innocentio tertio, seculo decimotertio: Lugdunense sub Innocentio quarto, annis post illud triginta: Florentinum sub Eugenio quarto, seculo decimoquarto. Atque haec pro arbitrio Romanus disposerit: itaque particularia fuerunt, ex solo Occidente, Ecclesiaque Latina: nisi quod ad Florentinam venit Imperator, & Patriarcha Constantinopolitanus; spe unionis, quae tamen non successit. Haec ne nominata quidem oportuit. At Sardicense decretum de renouandis iudiciis; Ephesiam Nestorii condemnationem ex mandato Celestini, & reseruationem causae Ioannis: item in Chalcedonensi vniuersalis Ecclesiæ Pontificem, & custodem vineæ, tractauimus: nisi quod hic Bellarmini nouum mendacium est, Synodus Ephesinam non esse ausam iudicare causam Ioannis: quod nutquam dictum fuit hactenus: Imo ipsa Synodus testatur se cum excommunicasse, & depositisse: quicquid autem reseruauit iudicio Celestini, eo fecisse, ut nequitiam hominis patientia yinceret. De secundo Oecumenico testante se conuocatum ex mandato Damasi, proximo agetur libro, quem de autoritate conuocandorum Conciliorum quæstio agitabitur. Ita supersunt tantum tria, Nicenum primum, Constantinopolitanum quintum, Nicenum secundum.

III. Et quidem duo: ù posteriorum facilius negotium. Constantinopolitanum, Nos, inquit, Apostolicam sedem sequimur, & obedimus, & ipsius comunicatores communicatores habemus, & condemnatos ab ipso, & nos condēnamus. Iam (inquit Bellarminus) si totum Concilium Apostolicæ sedi obediret proficeretur, certe Apostolica sedes toti Ecclesiæ cū autoritate præstet.

IV. Sed huius Concilii quum Graeca exemplaria non habeamus, ego quidem interpres Latini verba nolim vigeri. Quanquam consequentia non est necessaria, Synodus se profitetur obediens Apostolicæ sedi: ergo tota Ecclesia subditæ est Romano Pontifici: nam primo illud obediens, significare potest portius eius Synodi modestiam, quam autoritatem Romani. Tam exemplum est singulare: & quidem vnius non Oecumenici, sed particularis Concilii: non enim illud est quintum vniuersale: sed aliud conuocatum in causa Anthymi, paulo ante vniuersale. Denique ipsa eius Concilii historia, probat non fuisse tum temporis Romanum agnatum ab Ecclesia pro Oecumenico. Num enim Agapetus Anthymum Constantinopolitanum depositisset, isque conquereretur sibi factam iniuriam, tunc ab Imperatore fuit hoc congregatum Concilium, nempe ut iudicaretur de Agapeti iudicio. At hoc quam fuisse absurdum, si nihil reliqui fuisse factum Synodo, præter meram obedientiam? Sensus igitur est horum verborum, ab eo Concilio probari, & confirmari sententiam latam in Anthymum: quia tamen Agapetus erat Patriarcha, & quidem patriarcharum primus, ideo modestè dictum, obediens, tanquam de eo qui gradu honoris reliquos præcederet.

V. In Niceno secundo recepta est & probata Epistola Adriani ad Tarasium. In ea autem haec leguntur. Petri sedes per totum terrarum orbem primatum obtinens luceat, omniumque Ecclesiarum Dei caput existet. Vnde & ipse beatus Petrus Apostolus, Dei iussu Ecclesiæ pascens, nihil omnino prætermisit: sed ubique principatum obtinuit & obinet.

VI. Respondeo: primo, Nicenistius Concilii autoritatem, aut nullam esse, aut exiguum: fuit enim idololatricum: & propterea damnatum in magna Synodo conuocata à Carolo magno ex Germania & Gallia, Francorum. Præterea nullum profert huius Concilii dictum factum; tantum oblique deducitur argumentatio; ex eo quia probauit literas Adriani: & in his literis continentur laudes sedis Romanae. At potest non esse necessaria consequentia. Nam agebant etiæ literæ etiæ de cultu imaginum; quæ cauſa erat facta congregationis. Huius capituli gratia testati sunt Episcopi se ita credere. Nam neque hoc dictum immediate post earum recitationem. Sed postquam Tarasius, interrogatus vtrum iis consentiret, respondisset, ita, ut satis ostenderet, sede hoc imaginum cultu loqui: in coequo Adrianum recte scripsisse, constabiliusque antiqua traditionem, sic enim appellabat: concludens, *Imaginem picturas secundum priscam patrum nostrorum traditionem recipimus, & has desiderio nostro adoramus. His auditis dictum est, Vniversa Sancta Synodus sic credit, & sic docet.* Itaque hoc referendum quod statim post annexitur de receptis & probatis iis literis. Alia res fuisse, si diserte hoc caput testati essent Episcopise admittere & probare. Quod non est factum. Denique Adrianus iste, vixit seculo integro post Phocam, id est, post confirmatam Romani Tyrannidem. Itaque nihil hic est virium.

VII. In Niceno primo longe maior controværia. Agricola ex eius præfatione recitat, *Sancta Ecclesia Romana nullis Synodicis decretis prælata sit: sed Evangelica voce Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuit.* Et

post pauca: *Prima ergo sedes celesti beneficio Romana Ecclesia. Sed haec p[ro]faci non est ipsius Concilii, verum longo post tempore assuta, sive à Dionysio Exiguo, sive ab Isidoro Mercatore, sive ab alio quopiam. Itaque nullius momenti. Tum quid habet? Primatum. At primatus p[ro]cessus, vt ita men non sit Oecumenicus Pontifex: vt alias dicunt.*

VIII. Hardingus contra Iuellum art. 4, segm. 6. profert canonem 44. *Yt eundis ditionis sua nationibus Patriarcha p[ro]cessit, & leges illis prescribit: utque Petrus Christi vicarius principio p[ro]positus Religioni, Ecclesiæ caterisque omnibus ad Christum pertinentibus, magister fuit, & rector Christianorum principum, prouinciarum, omniumque nationum: sic is, cuius principatus est Roma similius Petro & equalis auctoritate, imperium ac dominium obtinet in omnibus Patriarchas. Huic sanctioni quis repugnauerit, & obſtare ausus fuerit, t[em]p[or]is Synodi decreto anathematis subiicitur.* Hunc eundem ex Alfonso Pisano recitat agricola, sed numerat vigesimum quartum: qui tamen apud Pisaniū, & Turrianū est nonus.

IX. Respondeo, hunc canonem esse supposititum: primo, quia constet non fuisse editos plures quam viginti; ut alias disputatum. Secundo, quia contradicat Canonis sexto, quem constat esse genuinum: is enim quo iure prouincias distribuit patriarchis, quas iste omnes Romano attribuit. Tertio manifesta sunt falsitatis haec indicia: primum, quia dicit Petrum rectorem fuisse omnium Christianorum principum: quum ramen nulli principes fuerint Christiani, ne quidem multis annis post Petrum. Secundum; quia asserat Patriarchas suis nationibus leges p[ro]scriptibere: quod est contra eorum temporum consuetudinem: nihil enim Metropolitanus sive patriarcha poterat (nam v[er]o quidem erat, ut alias diximus) absque Episcoporum suorum consilio. Tertium: quia auctoritatem Romani appelle Imperium & Dominium in omnes Patriarchas, quibus prophanicis vocibus nunquam in Ecclesiastica politia v[er]a est antiquitas. Quartum: quia addat ad finem, *Huic sanctioni, & quæ sequuntur*: haec enim clausula in primis Concilii usurpata nunquam legitur; sed duntaxat in posteris.

X. Agricola alium describit ex noua editione, 23. Placuit, ut accusatus vel iudicatus à comprouncialibus in aliqua cauſa Episcopus licenter appelleret, & adest Apostolice sedis Pontificem; qui aut per se, aut per Vicarios suos, eum retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex cansem suam audiit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur Episcopus: quoniam, quam à prouincialibus Episcopis accusati cauſam Pontificis scrutari licet, non tam definiri in consulo Romano Pontifice permisum est: quum beato Petro Apostolo, & non ab alio, quan ab ipso dictum sit Domino. Quæcumq[ue] ligatur super terram, &c. Ego vero hanc editionem nouam non vidi. Certe hic canon nullus est apud Pisaniū: nullus apud Turrianū. Ne in nona quidem collectione seuerini Binii. Et quandiu aburentur Papistæ patientia nostra? Testantur antiqui viginti fuisse Canones Nicenos. Ineptus nescio quis fabulam fixit de octoginta primum tum septuaginta. Huic fides habita est. Nullum non mouere lapidem Papistæ, ut hoc quicquid esset, nobis obtruderent. Tandem ex ultimo Oriente Arabici prodeunt Canones: & quidem octoginta: quum tamen ille ludio testaretur editos esse tantum septuaginta; idque ab ipsa Synodo, contrahente primum numerum. Atque hos aliter Pisanius edidit, aliter Turrianus. Quid ergo iamne satisfactum? Imo nouas editiones cudentur: quæ neque cum primis editionibus, neque cum Arabicis conueniunt. Tantæ molis erat Romanum extollere sedem, & tamen hic Canon Apostolicam sedem absolute nominat pro Romana: & Pontifici Vicarios tribuit: quod ea factum aetate nunquam quisquam legat.

XI. Verum in genuinis viginti Canonibus, sextus est. *Ta[ndem] ἡ Αἰγαίον, καὶ Διβύνη, καὶ Πενταπόλεις ὥστε τὸν Αἰγαίου περιοχὴν πάντα τὰ τοῦ ἔθνους ἐγνωσθεῖσιν καὶ τὸν τὸν Πάρην ἐπορθῶν τὸν τρωγλίον τούτον ἀγορεύειν, καὶ τὸν ἀλλούς επαρχίας τὸν περιβόειον τούτον τούτοις. Mos antiquus perduret in Aegypto, & Libya, & Pentapolis, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestarem: quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, catena quæ prouincias honor suus uniuicique seruetur Ecclesiæ.* Hunc canonom mitum quibus artificiis suum facere concentur, Bellarminus, & Turrianus de Epistolis Pontificiū li. 3. c. 3. & Possevius in Refutatione responsionis Chytræ sect. 6. & Baronius ad annum trecentesimum vigesimum quintum. Bellarminus agit distinctius: & indigere Canonem primo Consideratione; deinde interpretatione. Et consideratio quidem illi gemina.

XII. Prima consideratio: Nihil Concilium Nicenum statuisse circa Romanam Ecclesiam: quoniam potestas eius non ab hominibus, sed à Deo est: sed tantum ex forma Romana Ecclesiæ constituisse statum aliarum Ecclesiarum: vbi fit Romana Ecclesia regula aliarum. Itaque, peccant qui dicunt certos fines assignatos Romano.

XIII. Respondeo, primo peti principium, & falso asserti Romanæ Ecclesiæ principatum esse à Deo, non ab hominibus. Nunquam enim probari quicquam potest huiusmodi è Scriptura sacra. Tum Concilium testatur esse ab hominibus, quum eum assignat consuetudini: Romano: inquit, parilis mos est. Nam certe reliquarum sedium non arcessunt p[ro]p[ri]etaria ab ipsa Scriptura: sed duntaxat à consuetudine. Ergo Romanæ Ecclesiæ parilis mos, vnde erit, nisi à consuetudine? Secundo, statuere, dico sumi dupliciter: vel, ut eum primum aliquid institutum, sanctiaturque: vel, ut quæ iam olim cuperunt usurpari, confirmetur. Illo modo concedo nihil hic statui non tantum de Romano Episcopo; sed ne de aliis quidem. Diferte enim m[od]estia in cogitatione: mos antiquus perduret. Hoc autem, dico esse statutum aliquid. Nam, dum reliquis Patriarchis fines assignantur, exira eos fines, quos sibi iam Romanus sumperserat, & longa possessione obtinebat, nemo cum ratione negat, aliquid statui: nempe vt & iidem fines ei firmarentur, & illi interdicteretur in aliorum fines iurisdictione. Nam alias omnino nulli fines essent constituti. Sic amat fieri in quacunque distributione. Nam, exempli gratia, si quis Regi Hispaniae Pyrenæos montes & Oceanum prescribar terminos: non tantum dicet, eius regis in eas regiones iis terminis comprehensas autoritatem esse: sed etiam in nullas præterea. Similiter quum Alexandrino assignantur Aegyptus, Libya & Pentapolis: eo ipso non tantum

LIBER DECIMVSTER TIVS CAR. XX

27

ternum statuitur eas provincias ei subesse: sed etiam non subesse Antiocheno, Hierosolymitano, Romano. Quin etiam Higmarus paulo post dicit Nicenios Canones voluisse Romanis privilegium ratum esse.

XIV. Præterea, quodnam hoc conclusionis monstrum est? Quia reli-  
quis fines assignentur ad instar Romani, ergo Ecclesiam Romanam  
constituire regulam aliarum. Verbi gratia: In illa fabulosa Constantini do-  
natione, hæc habentur: *Quemadmodum Imperialis potentia, officii diversis,  
cubiculariorum nempto, officiis, atque omnium excubiarum ornatu, ita  
et sanctam Romanam Ecclesiam decorari volumus.* Hæc cine vero Imperia-  
lem dignitatem constituant regulam Ecclæsæ Romanæ, que instar illius  
componatur? Imo hæc ventosæ sunt imaginatiovis portenta. Quo po-  
tius, quia eorum, qui artificiose scilicet tam donationem contexebant, ea  
meos erat, ut his verbis æquatum Imperatori Papam persuaderent; quia  
eiæ qualia concederentur: sic indubitate mens est Nicænorum Patrum,  
æquandum esse Alexandrinum Romano: quia similia illi iura tribuu-  
tur, iis quib. iste vtebatur. Hignarus Rhemensis apud Tuitianum c. 3, ter-  
tij pro Epistolis, Nicæni canones Romani Pontificis priuilegium ratum esse vo-  
luerunt, quum ad exemplum eius etiam omnium priuilegia prouinciarum in-  
dicarent obseruanda. Et Nicolaus I. ad Michaelem: *Ex eius forma id est, Ro-  
manæ Ecclesæ) quod Alexandrina Ecclesia tribueret sumpsit exemplum.*

XV. Secunda consideratio. In libris vulgatis deest huius canonis initium, quod tale est, Ecclesia Romana semper habuit primatum: Et citatur in Concilio Chalcedonensi, actione 16. versumque est ex Graeco à Dionysio Exiguo. Indeque post ita lectum canonem, Iudices Chalcedone dixerunt: Perpendimus omnem primatum & honorem precipuum secundum canones, antiquae Roma Deo amantissimo Archiepiscopo conservari.

XVI.Respondeo, nullos codices hoc principium agnoscere: non to-  
mos Conciliorum: non Canones editos Parisis anno millesimo quin-  
gentesimo quadragesimo quarto: non Græcos in Germania anno eiusdem  
seculi quinquagesimo nono. Nō Gelasius Cyzicenū editum Lutetiae  
anno eiusdem seculi postremo. Non Decreti veteres editiones: ne nouam  
quidem Gregorij decimi tertii. Non etiam exemplaria ad Aphricanos  
missa olim Constantinopoli, & Alexandria. Non editio Arabica apud  
Turrianum. Non vterque Codex Canonum Græcus & Latinus à Iustel-  
lo editus. Non codex Zonarae. Non Arabica editio. Quæ vero ex Conci-  
lio Chalcedonensi argumenta desumuntur, levia sunt. Nam ea recita-  
tio est Paschalini legati Romani, non ex vlo authenticō exemplari, sed ex  
sua chartula, sive cōmonitorio: tadem fide forisſe, qua ante in Aphri-  
cani legati Zozimi erant vbi. Sed Codex Constantinopolitanus: is sic du-  
bio ex quo Articus Canones ὀδοκληροῦ defcripsit: αῖσα Νικάνος δὲ τὸ πα-  
τέρων φεζόντων, integrōs prout sancti erant à Patrio: is, inquam, Codex  
hoc principiu[m] non agnoscet, tum statim in medium prolatu[s] post Pa-  
schalini recitationem. Quis vero non miretur ea verba est γνῶναι, & ta-  
men nunquam reperta, numquam lecta, nisi in uno Commonitorio?

XVII. Quod attinet ad sententiam iudicium; primo mentitur Bellarminus sic faisse pronunciatum post eum ita lectum canonem: multe magis Baronius, assertens ex ea sententia constare, iudicibus probata eam lectionem. Sic enim locus habet. Gloriosissimi iudices dixerunt. Ex his qua gesta sunt, vel ab unoquoque deposita, perpendimus omnem quidem primatum  $\in$  honorem precipuum, secundum canones, Antiqua Roma. Deo amantissimo Archiepiscopo conservari: oportere autem farrissimum Archiepiscopum regia Constantinopolis noua Roma, eidem primati bushonoris  $\in$  ipsum dignum esse. Adverte nihil pronunciatum ex sola lectione Paschalini: sed ex vtriusque partis documentis. Protulerat autem Actius Diaconus Constantinopolitanus, non tautum Canonem Nicænum, sed etiam Constantiopolitanum, in quo primatus diserta mentione Episcopum Constantinopolitanum habere primatus honorem post Romanum Episcopum. Vnde quis non videt facile nasci illam iudicis sententiam? Tum ex eo quod subiicitur de iisdem primatus honoribus, quodque subiecti sunt  $\in$  que Bellarminus, & Baronius: quis non videri iudices attendisse potius Constantinopolitanum Canonem?

XVIII. Apparet autem id initium; non esse Canonis textum; sed annotationem exscribentium, &c ut vocant παραγγέλματα. Sic enim concipitur. *Quod Romana Ecclesia semper habuit primatum.* Vnde Dionysius ille Exiguus, quantum ex Baronio in'elligo, sumpsit animos, ut audacius quam hincetus scriberet id, quod Bellarminus recitat; ablata particula *Quod in* dice paratitlorum: & quia videbat male cohærente sententiam; textui in-  
seruit voculam autem, dixitque, *Romana Ecclesia semper habuit primatum*.  
*Mos autem perdureat.* Itaq; ineptit Baronius, contra tanum non peierans  
ipsius sexti canonis esse verba. *Quianam vero? Nempe si credimus;* absq;  
eo exordio redditur sensus obscurus, ac mutillatus. Ita est: *credite: uiuere*  
*quasi praetoriam autoritatem in re literaria obtineat; ita confidens*  
*pronunciar. Sed si ille uenustus at nos lolio nos visitatamus.*

XIX. Et tamen, quum maxime probarint, esse ipsissima Concilii verba, quid lucri factum? Nam certe primatum quum audimus, non statim Oecumenicum pontificatum videmus. Nos, inquam, quibus nullum obiecum est *yūdūmōye*. Nam istos, quid morer, qui ampidem nullum audierunt, non dico primatum, aut principatum, sed ne quidem vniuersalem pontificem; aut summum pontificem, aut omnium pontificem; quin statim Romanum se credant ambabus tenere? At enim nos scimus ita si guificari primas honoris centiae partes. Et ne procul abeamus, se mis ab ipsius iam nominatis glorioissimis iudicibus. Nam illi eosdem primatus honoris Constantinopolitano assignauit, quos Romano concedi obserabantur Caaonibus, & Constantinopolitanis Patres definiebant, vi haberet primatus honorem post Romanum. Quid ergo? Certe, si primatus Oecumenicum Pontificatum significat, Constantinopolitanus erit Oecumenicus Pontifex, cui idem primatus debetur: et si debeatur post Romanum. Sed hoc absurdum. Nam Oecumenicus is intelligitur, cui nihil sit in toto orbe non subiectum. Quomodo ergo primatum haberet Constantinopolitanus, si Romano subiiceretur? Aut, quomodo Romanus, si non ei Constantinopolitanus? Ceterum enim, illud post Romanum,

subiectionem non significat. Etsi enim Rex Hispaniae locum habeat post regnum Galliae, tamen huic ille non subiicitur.

XX. Venio ad Canonis interpretationem. Horum igitur verborum  
quoniam Episcopo Romano par-  
tialis mos est Bellarminus quatuor colligit expositiones. Prima est Rustini  
qui libro primo historiae capite sexto decretum dicit, ut Alexandrinus Ägypti, Romanus subi bicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat. Ea-  
dum sententia est Ar-bici Canonis, quem vt pleniorum laudat Possenti-  
nus in refutacione Chytiæ sect. 6. Inegrior, inquit, est Canon in Arabica  
versione, qui est octauus numero, & ita habet: constitutum est ut Episcopus Ägypti, id est, Patriarcha Alexandrinus præsideat & habeat potestatem totius Ägypti. & omnium locorum, ciuitatum, & castellarum, que sunt circa eam, qui  
scit conuenit. Siquidem similiter Episcopus Roma, id est successor Petri Apostoli, po-  
testatem habet omnium ciuitatum, ac locorum, que sunt circa eam. Altera, Balsa-  
monis, adde & Zona: q. item Nili in libro contra primi tū, affigatum fuit  
se Romano Occidentem. καὶ τὸν Πατριάρχην ἀναγνώσθε πολὺν τὸν  
Ἐπίσκοπον ἀπόδοτον οὐδὲ μόνον. Tertia Carianzæ autois summa Conciliarū  
qui ex editione quadam vetustissima Latina, quam habebat à Marcello  
Cardinali Saude crucis, restituendum putavit: Quoniam quidem metropo-  
litano idem moris est. Quarta denique ipsius Bellarminii & Baronij; sed 8.  
Bozij libro de Signis Ecclesiæ 18. cap. 3. Alexandrinum debere gubernare  
illas suas prouincias, quia Romanus Episcopus ita consuevit, id est, per-  
misit Alexandrino regime earum: siue quia Romanus eas per Alexan-dri-  
num solet gubernare. Harum expositionum tres primas exhibilat: in qua-  
ta acquiescit.

XI. At nos tertiam, id est, Carranzæ emendationem, consentimus esse absurdam: tum, quod iusquum sit unicum exemplar, idque nullius aut certe ob curæ fidei, omnibus aliis præferri. etiam verutissimis testibus, ut Attico Constantinopolitano, Cyrillo Alexandrino, Aphricano ipso denique Concilio Chalcedonensi: tum, quod omnia ex hoc Chalcedonensi constat in eo canone actum de Romano Episcopo: pro quo, si substituatur Metropolitanus, nihil erit quod de eo possimus interpretari. Ratio etiam est absurdâ concedi Alexandrino in eas omnes prouincias autoritatem, quia id Metropolitanus moris sit: non enim verum, omnem Meropolitanum præesse multis prouinciis.

XII. Sed postremæ cura quiescant, haud facile dictu: nisi quia præ ratione voluntas. Nam nec yllis fulciunt argumentis. Tantum Bellarmi nus dixit, non appareat aliam probabiliorem: quæ quidem nos confirmatio est, sed v. cordis. Nam contra, hæc esse dico omnium, quæ potuerunt ex cogitari, absurdissimam. Primo, quia ex quo conditus canon, a nemine fucrit sic intellectus: ac ne hodie quidem, nisi ab iis, qui Romanum Pontificem habent p̄t̄gor & n̄t̄r̄w. Est autem vehementer absurdum, ve imaginari duode im integris seculis nuquam quemquam intellexisse quid hæc sibi verba vellet: maxime in ysu quotidiano.

XXIII. Deinde refutatur abunde ex historia Ecclesiastica: ex qua facile colligas nunquam se Episcopum Alexandrinum gessisse tanquam Vicarium Romani: imo potius suas Ecclesias, sive parochias suo iure gubernasse, ut & suo Romanum suas. Adeoq; collegas ambos suille, & solumque eodem Patriarchae titulo: atque eo ordine sedis in Concilis. Imo in consequentibus decretum Constantinopolitanum εν της εκκλησιαστικης, απογεννητης μετρησεων της γραμμης, aequa cum Romano magnum esse in negotiis Ecclesiasticis.

XIV. Tertio, hunc Alexandrini primatum in eas provincias Syac-  
dus adserbit, non auctoritate Episcopi Romani, sed antiquæ consuetudi-  
ni. *Αργεῖα*, inquit. *Ἐναγγέλτων*. Et vero, cur non licet illud querere, quo  
alias apud Papistas solempne est: si contulit Romanus Constantinopoli-  
tanum id, quicquid auctoritatis erat, quando factum? a quo factum? Porte  
illis verbis, *Mos antiquus perduret in Ægypto*, ista suuī *en παραγγέλμα* posita.  
*Eadē est Roma consueta*, ut cōparetur consuetudo consuetudini. Sensus i-  
gitur est, cōsueisse iam pīdē has prouincias administrari ab alexādino  
quēadmodū alias à Romano: vnde Zonaras: *Τοῦ Ἀλεξανδρίας ἐπισκόπου θε-*  
*ωνίζεται εἰς τὸ λιγύον τὸν Διάβολον Πατέρα τοποθετεῖσθαι, καὶ τὸν αὐτὸν εἰς τὸν πα-*  
*τρόπων ἐπιφράξαντα, Συραγγαὶ δηλαδὴν καὶ πολιητῶν Συραγγαὶ καὶ Κιλικίας ἐντητίσαντα, καὶ Μασπο-*  
*λεπαὶ τοὺς ἄλλους τοπούς τούτων αἱ τοῦ εἰκόνατος χειράπτεις, καὶ τοὺς τούτους το-*  
*ρωμαῖοις εἰκόναις τοποθετοῦσι, τὸν Εὐαγγέλιον διεγένετο. Alexandrinum*  
*Episcopū, iis qui in Ægypto, Libya, ac Pentapolī sunt, praeſtiterat: Antiochenū sub-*  
*iectis sibi prouinciis, Syria, nimirūm Cœleſyria, Cilicia, utriq; Mesopotamia: ali-*  
*alios Episcopos suū quenque regionibus: quemadmodū & Ecclesie Romanae*  
*præſes, in occidentales prouincias principatum diuturna conuentudine obtinet;*  
*præſeiſtibet. Sed & Balfamon, Quoniam & Romanus Episcopus præſtocciden-*  
*talibus prouinciis. Ergo Nicæni Conciliū patres voluerunt, tum Romanū,*  
*tum Alexandrinū niti antiqua consuetudine. Hanc autem, vel in Ro-*  
*mano improbandam, vel in Alexandrino confitmandam.*

XXV. Denique contradicunt Sophistæ veteribus huius Canonis inter-  
pretibus, non Balsamoni tantum, & Zonariæ, sed etiam Rufino: in quo fi-  
nes designantur non solum per suburbicarias Ecclesiæ: sed etiam per pa-  
rilem morem: qui nulla potest arte inflecti in Bellarminianum sensum.  
Præterea Nicola o primo, & Hiemaro: quos testes paulo ante nominauimus:  
qui que ex iis verbis non causam efficientem colligunt, sed exem-  
plum duxerat. Nam quod eum Nicolaum Bellarminus laudat autorent  
suz sententia, suo more facit, id est, mentiens.

**XXVI.** Supersunt duæ sententiae, quarum altera sub urbicariis Ecclesiæ, altera totum Occidentem largitur Episcopo Romano: inter quas iogram discriben. Nam quia constat in huiusmodi distributionib[us] solitum obseruari politicum ordinem, videatur regiones distinctæ, prout erant provinciæ. Itaque Rufinum suburbicariis nominasse, ut solebat Roma suburbicariis regiones, intra centesimam miliarium. Tusciam, Picentiam, Latium vetus, & nouum; de quibus eruditus Ia. Gothofredus Iurisconsultus, magni Gothofredi filius. Qui fines quanto minores sunt toto Occidente nemo ignorat; qui ipsam intra Italiam erant.

XXVII. Porro certum fuisse Romano suos fines, non vero beram in omnes totius orbis Ecclesias iurisdictionem. Hinc in Apostolicis constitutionibus, vulgo Clementis, libri 8. cap. 10. Oremus, inquit, *ut ipse mandavit*

ἐπισκόπους τούτους τούτους, προ ομνή Episcopatu totius orbis, eorum qui recte tractant τὸ ἀρχηγόν τοῦ verbum tuae veritatis: & pro Episcopo nostro Iacobo, Hierosolymitano, καὶ τὸν παροικὸν αὐτὸν. & pro paroecis eius, τὸν Γεωργίου νεανίδα Κληρονόμοντα: pro Episcopo nostro Clemente Romano; καὶ τὸν παροικὸν αὐτὸν. & pro paroecis eius: Item pro Episcopo nostro Euodio Antiocheno, & pro paroecis eius. Basilius Epistola 48. quae ad Athanasium. Vnam inueni auxilium tuū regnū ἡμῶν εὐαγγελίου, Ecclesias nostras, et consensum Occidentalium. Et 70. ad Episcopos Occidentales. Διάσημη μὲν ἡ παροικὴ εὐαγγελίου καθηγητὴ, τοῦ θεοῦ λοιπὸν εἰνὶ τὸ διάγραμμα μέσον τοῦ τοῦ μητρὸς παροικίας. Verendum, ne postquam excederit nostras Ecclesias, serpuit in partem sanam, id est, vestram paroeciam. Eo tibi paroecias disparatas. Et in iis suas tributas Episcopo Romano, itidem ut Hierosolymitano & Antiocheno.

XXVIII. Sed totus ne Occidens Romano? πολλοὺς γὰρ δέ. Aphricanos certe non putasse, notum omnibus, qui negabant permitti debere transmarinas appellations, in Romana Synodo quarta sub Symmacho, legimus ei Papæ concessum, purgato scilicet calamois; ut Christianorum plebi in omnibus Ecclesiis suis, ad ius sedis sua pertinentibus, tradat dinaria mysteria. Qual limitatione quid opus erat, si non tantum in uniuerso orbe, sed saltem in Occidente, imo in Italia, unde erat Synodus congregata, id est iuris est? Tarragonenses ad Hilarium scribunt. Quam curam Apostolatus vester deprouinciarum suarum sacerdotibus gerat, filio nostro illustri, Vincenzo, duce prouincia nostra referente, cognovimus. Nota, prouinciarum vestrum, & prouincia nostra. Non ergo Tarragonenses in prouinciis Romani Episcopi. In excerptis Flor. editis ad finem Agobardi. In Romana Ecclesia neque in praesentem diem cernimus abque interrogatione principis, sed solo dispositioni iudicio, & fidelium suffragio, legitime pontifices consecrari: qui etiam omnium regionum & ciuitatum qua illi subiecte sunt, iuxta antiquum morem, eadem libertate ordinant, arque constituunt sacerdotes. Quid in Galliis aliter factum conqueritur. Ergo Gallicis oportet non numeratas in prouinciis & ciuitatibus, Romanæ Ecclesiæ subditis Episcopi Galli in annalibus incerti autoris, editis à Petro Pithœo, ad annum octingentesimum sexagesimum tertium, indignantur, quod Episcopus Romanus in tantum se iactat, & extolleret, ut eos appellaret suos clericos. Scies, inquit, nos non tuos esse, ut te iactas & extollas, clericos, quos ut fratres & coepiscopos recognoscere, si elatio permitteres, debueras. Glatib. 2 & 4. negat Ioanni Romano licuisse in aliena diœsi, id est, Turonensi, concretrare Ecclesiam, in iusto Turonensi Episcopo: notatq; hanc præsumptionem detestatos esse Galliarum præfules.

XXIX. Fuit sancti Romani Episcopi nomen magnum in uniuerso Occidente. Sed verisimile est, cum ab initio vigeret iorouia, tamen hac paullatim pessundata, id ipsum passas Ecclesiæ Occidentales à Romano, quod Orientales à Constantinopolitanis. Imo vero etiam durius: cum iste semper fuerit Imperator minor: hic vero tandem formidabilis. Itaq; diuinogenda sunt tempora. Ab initio suburbicarias Ecclesiæ solas habuit sub se Romanus: postea demum totum Occidentem. Russinus sic interpretatus est, ut tunc res erant, quando conceptus est Canon. Zonaras autem, & Balsamo, prout erant suis temporibus, distributo iam orbe uniuerso in quatuor Patriarchas, ipso etiam titulo Oecumenicos.

XXX. Sed vtramq; tamen interpretationem Bellarminus oppugnat. Contra Balsamonis Occidentem obiicit: Primo Concilium, neq; Orientis meminisse, neque Occidentis Secundo, hac clausula caulam reddi, cur permanere debeat antiquus mos. At non sequi, Episcopus Romanus habet curam Occidentis: g. t. r. Alexandrinus debet habere, Ægypti, Libyæ, & Pentapolis. Nam cur non totius Africæ? Cur non potius Carthaginensis Episcopus?

XXXI. Respondeo ad prius, non interesse, vtrum ea verba sint, an potius ἡ διάνοια. Sed Balsamonii magnam rationem fuisse, vsum sibi experientio cognitum. Videbas enim tunc suis temporibus, tum multis ante se annis, sic Orienti præesse Antiochenum: Alexandrinum, Libyæ, Ægypto, Pentapolim: quemadmodum Romanum Occidenti. Nec vero habuit Bellarminus, quod succenseret, qui ex vnu sui temporis auctoritate interpretari ea verba. τὴν σύνθετην ἐπιστολαν Romanus permisit Alexandrinu regimeti illud: cum tamen de permissione ea, ne apex quidem in toto Canon. Certe si tui ævi præiudicia Bellarminus potuit sectari: potuit simili ter Balsamo suorum temporum usurpationem habere prolege. Nisi forte Bellarmino soli licet, quod libeat.

XXXII. Ad alterum, Reddi causam, potest concedi: dummodo membrinianus, alias esse causas efficiens rem de qua agitur: alias vero momentes moraliter eos qui de se proposita consultent. Etenim prioris generis causam negamus hic ullam esse, aut designari. Sed alterius tantum: in quo plerumq; non necessitas inquiritur demonstrationis: sed probabilitas attenditur similitudinis: nimirum, ut in rebus similibus, non sint contra iudicia. Hoc autem modo ratiocinatio nihil habuit illegitimum. Antiquæ consuetudines sunt retinendæ. At Alexandrinum præesse Ægypto. Libyæ, Pentapolim, antiqua est consuetudo. Ergo retinenda. Maior patet exemplo Romani Episcopi, qui eo iure retinebat autoritatem suam in Occidente, si fides Balsamonii. Minor constabat experientia. Nam quod ille interrogat, cur non Carthaginensis? Cur non in totam Africam? In promptu responso; quoniam falsa fuisse assumptio: nam aut Carthaginensem præesse Ægypto: aut Alexandrinum toti Africæ, nulla consuetudo erat. Patres autem non quicquam noui statuere, sed vetera stabilire habebant in animo. Sed habuit consuetudo Carthaginem præesse Africæ. Hæc igitur fuit confirmata: neceps generali hac clausula: ὅπουλος, τὸν τοῦ Αἰγαίου, τὸν τοῦ Ἀλεξανδρεῖας, τὸν τοῦ Αἰγαίου, τὸν τοῦ Αἰγαίου. Similiter apud Antiocham, ceterasque prouincias, honor suis unicuique seruetur Ecclesia.

XXXIII. Contra Ruffinum obiicit. Primo, non esse credibile Romano assignatam angustissimam regionem: aliis Patriarchis latissimam: Antiocheno totum Orientem: Alexandrinu Ægyptum, Libyam, Pentapolim: at Romano sex Episcopatus vicinissimos. Secundo: particulam Quoniam, est rationalem: At non esse bonam rationem, ut Episcopus Alexandrinus curam gerat trium prouinciarum, quia Romanus curam gerat suburbanarum. Tertio: cum citatur hic Canon, siue in Carthaginensi sex-

to, siue in Chalcedonensi, siue in tomis Conciliorum, siue apud Dionysium Exiguum, nusquam Ecclesia suburbanæ nominantur.

XXXIV. Respondeo, ad primū, nondum iuste contendisse Patriarchas, siue de dignitate, siue de finium amplitudine. Sylvestrum, è cyparis recens egregium, vixum ut aerem carpet, liberum, vix cogitasse, tanto se in Ecclesia fore maiorem, quanto latius proferet et nomen suum. Posteriorum eam fuisse maniam; qui longo orio, nimiris diuiriis perditi, non potuerunt ambitioni, superbia, tyrannidi modum ponere. Deinde, quandoquidem aliunde constet Ecclesiasticas huiusmodi dignitates diemensas ad modulum typi seculatis; cur minus verisimile Romanæ Ecclesiæ, quam virbi, sat fuisse suburbicarias prouincias? Cur, in qua non querebatur Roma, sibi factam iniuriam, cum per totum Orientem vagaretur Antiochia, ipsa iotta centenarium miliare concluderet? Aut si haec non debuit, cur debuit Ecclesia? Num irum haec hodie Iesu: has habet: illa non habuit.

XXXV. Ad secundum: primo, quis nescit particulam rationalem non magis ex se inservire bonæ rationi, quam malæ? Multo magis, tam necessariæ, quam probabili. Itaq; vt cum queratio haec non valeret: tamen fungentur ea particula suo officio. Nec sequeretur: si patres non bona ratione essent vni, ergo non determinasse suos fines Episcopo Romano. Deinde, rationem esse petitam ab exemplo. Vnde Arabice supra ex Possentino, Siquidem similiter Episcopus Roma. Et in eandem rationem Zonaras, & Balsamo, paulo ante at huiusmodi rationes non sunt semper necessariæ, siue demonstratiæ. Satis est enim probabiliter concludere. Sic in Synodi duabus iudicatum Constantinopolitanam sedem dignam esse honore primatus, ob sedem Imperij: ratioque est redditu, quoniam ob eandem secundum Imperij Romanum eundem primatum meruerat. Expende ex legibus exactæ demonstrationis, futilis erit. Sed verisimilitudinem Patres venant. Similiter hic sensus est: quādoquidē cōsuetudo inualuit, ut Ecclesiæ Romanus curer in vicinis regionibus: concedantur etiam Alexandrinus, quas iam pridem haberet. Faciebant enim negotium Meletiani (ut obseruat Baronius) & probabiliter disputare poterant ab initio Ecclesiæ: vicis sentq; , ut appareat, si eo iure solus Alexandrinus vsus esset. Sed occurrit etiam vnu Romani, Antiocheni, & aliorum: itaq; decretum factum secundum Alexandrinum, ut nihil innoveret.

XXXVI. Ad tertium: Iis omnibus locis recitari Canonem αὐτὸν. At Rufinum non recitare, sed contrahere in pauciora. Quid ergo mirum, si suis vocabulis sensum hic expresserit, ut in aliis etiam canonibus? Monstris simile, id peccatum, si peccatum, accusari à Bellarmino, à quo tamen tertio quoque verbo, ut ita dicam, peccetur, & quidem impudentius. Argue adeo in hoc ipso Canone permisit sibi Carranza, Metropolitanum pro Romano; Bellarminus, permissionem pro consuetudine: Baronius §. 128. anni trecentesimi vicecentimi quinti, primatum Romanæ Ecclesiæ. Et, ut statim dicam, Turrianus potestatem maiorem Romani, quam Alexandrinus. Vnde habent? Ex Carthaginensi 6. scilicet; aut Chalcedonensi: aut tomis Cōciliorum, aut Dionysio Exiguo. Quin tacent impostores! Et qui suæ nihil non permittunt impudentiæ, abstinent aliorum conscientiae mere exigitanda.

XXXVII. Nec plura Bellarminus. At Turrianus haud paulo aliter affectata procul dubio subtilitatis laude. Sensum ponit: Quia hoc consuetum Episcopo Romano, scilicet habere potestatem in suos Episcopos: ut integræ sit sententia: Episcopus Alexandrinus, & reliqui, autoritatem habeant in suos Episcopos, quandoquidem & Romanus autoritatem habet in suos. Esto, inquam: Nam & nos consentimus. Sed quid hoc ad Oecumenicum Ponifaciatum? Nam videretur quidem potius contra. Sic enim distinguuntur disertissime iurisdictiones: ut suos habeat Antiochenus, suos Alexandrinus, suos Romanus. Er quemadmodum quum suos Antiochenus dicit, intelligit eos qui Alexandrinus non subsint: & viceversa: eadem ratione intelligendi sunt comparari Alexandrinus & Antiochenus, cum Romano: ut quos illi suos dicent; Romanus suos ne dicat. Quod si est, tum profecto perit Oecumenicus.

XXXVIII. Audiamus ergo Turriani argumenta: & quidem è media Philosophia: Si potestas, quam Romanus in Episcopos habere consuevit, causa est, cur primates Alexandrinus, & Antiochenus, in Episcopos suarum prouinciarum ἐν τοῖς ἀρχαῖς potestatem habere consueverint: igitur potestas Episcopi Romani in Episcopos maior est, quam primatus Alexandrinus & Antiocheni. Nam propter quod vnumquodque est, & illud magis est.

XXXIX. Respondeo varie. Primo sumi falso: eam autoritatem Romani caussam fuisse quod ab antiquis diebus Alexandrinus, & Antiochenus autoritatem habuerint in suos: sed cur Synodus censuerit in ἀρχαῖς, retinendum esse veterem morem in Ægypto & Libya & Pentapolim. Hæc autem longe diuersa sunt. Deinde non bene etiam nominari autoritatem Romani in Episcopos: quæ debuit, expositus, dici in suos Episcopos. Nam potuissest autoritas Romani in Episcopos caussa esse, ut Alexandrinus haberet etiam in suos: quomodo postea Romanus praeficeretur in suis Vicariis. Sed non potuissest autoritas, quam Romanus habebat in suos, id est, Occidentales, caussa esse, ut Antiochenus autoritatem habet in Orientales.

XL. Secundo, quum caussam hic reddi dicimus, intelligendam, non physice da caussis rem constituentibus: sed Dialetice: quomodo spe utrū & caussa sumitur pro quolibet arguento: quo nobis hoc, illud, ut persuaderetur. De hoc vero caussarum genere falso est axioma propositorum. Nam quum aliqua Resp. instituitur ad instar alterius Reipub. non est necesse illam, vnde sumitur exemplar, magis esse Rem quam alteram, quæ sic instituitur.

XLI. Tertio, sophistice Turrianus transit à qualis ad quantū. Nam ex axiome significatur id, propter quidq; est, multo maiori ratione esse tale; quale est id quod est propter ipsum. Ut si paries niger sit propter atramentum, multo maiori ratione fatendum ipsum atramentum esse nigrum. At non intelligitur, id propter quod quid est, esse maius, quam id quod est propter ipsum: non enim efficio atramentum magis esse nigrum, quam par-

**LIBER DECIMVSTERTIVS, CAP. XXI**

27

pátiem: sic quia omnes homines peccatores sunt propter Adamum: efficitur quidem multo maiori ratione concedendum Adamum fuisse peccatorem: sed non tam en magis peccatorem. Sic propter Petrum Romanum cōtēdunt se esse Oecumenicos Pontifices: nec tamē concedant vñquam Petrum fuisse magis Oecumenicum: nec ipsum credo Turrianū affirmaturum Petri fuisse multo maiorem autoritatem, quam Clementis. Sic in Regno filius rex est propter patrem: nec tam en magis rex pater quā filius. Infinita sunt huiusmodi. Itaq; et si verum esset propter autoritatem Romani in suos; Alexandrinum habuisse autoritatem in suos, tamen non esset verum, Romanum habere maiorem autoritatem in suos: quam Alexandria in suos.

XLI. Quarto: etiam concessis iis, quæ sibi Turrianus sumit: non sequitur Oecumenicus Pontificatus. Quia, et si Romanus maiori autoritate reveretur in suos, quam Alexandrinus in suos: tamen non sequeretur non distinctas esse prouincias; aut Alexandrinum esse Romano sibi. Nam et si maiori autoritate Rex utatur in Gallia, quam Dux Venetis; tamen non sequitur, Regem imperare Duci Venetorum, aut omnibus Veneris. Si sunt autem distinctæ prouincia Romani & Alexandrini; tum necessaria argumenti consequentia, Romanus non potest esse Oecumenicus. Is enim est Oecumenicus (ut saepe admonuit) qui in omnes prouincias habet autoritatem; nihilque relinquens *aut non possedit*.

C A P. XXI

*De Episcoporum Romanorum autoritatibus*

**P**ontifices Romanos in vnum aceruum congerit omnes Coccios: plurimos Agricola: Sed prudeotior Bellarminus distribuit in tres classes: viam eorum, qui vixerunt ab initio usq; ad annum trecentesimū: alteram eorum, qui inde ad sexcentesimum: tertiam, qui ab eo seculo ad nostra tempora. Tū primæ tactaeq; classis testimonia pauca tantū cōtentus indicasse, in secunda consistit. Et merito. Nam primam quidem habuisse fuisse pontifices plerosq; omnes pios: & qui variis exagitati periculis ferente persecutione, raro excirebant ab humilitate Christiana ad fastum secularem. Verum recens posteritas adeo fuit impudens, ut corū nominib; abuteretur ad suit temporis peruersissimos mores cōmerendandos: itaq; affixit illis Epistolas, à quib; si viuerent, vix minus abhorreneret, quā ab hæresibus, quas nūquam cogitarant. Quod quidē tam certum est, ut Bellarmius ipse profliteatur se eas non audere indubitatas assertare: et si magna volume in earum commendationem Turcicus scripsit.

II. Et sanc. quos nominet attendamus. Clementē Epistola 1. Anacle-  
tum Epistola 3. Evaristum epist. 1. Alexandrum epist. 1. Pium Epistola 1. &  
2. Anicetum epist. 1. Victorēn epistola 1. Zephyrinum epistola 1. Calixtum  
epistola 2. Lucium epistola 1. Marcellum epistola 1. Eusebium epistola 3.  
Melchiadēm epistola 1. Marcianū epistola 1.

III. Atharum omnium, primo vñus stylus est: qui quomodo idem esse potuit in variis personis, variis etiam temporibus? Quum experientia docet eodem tempore vix duos esse, quorum stylus idem sit. Tum stylus ille, cuiusmodi. Deus bone? Inficitus, infirmitus, inhonestus, spureus, barbarus: minime latinus. Et ita scripsisse credamus illos primos, & quidem Romæ? Quum multo posteriores Damasum, Syricum, Celestimum: imo vero etiam postremos, longe purius scripsisse videamus. Isidorum Mercatorum, impostorem Baronius accusat autorem eorum Epistolarum, qui feruntur Ägyptiorum ad Marcum & Marci ad Ägyptios de Canonibus Nicenis. Compara stylum, videbis aut eiusdem hominis bipedū ineptissimi: aut certe eiusdem esse ætatis omnes. Nam quod quidam dicunt versas à Grecō, promouerent aliquid, si probare possent olim aliquando aliqui vilas, lectas Græce. Imo, si omnes ea Epistolæ essent ad Græcos scriptæ; aut falso à viris Græcis. Sed quis credit viros Romæ incolas, ad Latinos scribentes, Græcum stylum deligisse? Evaristum ad Africanos: So-

terum ad Campanos: Antherum, & Eurychianum ad Hispanos per Beti-  
cam & Tolitanam prouincias: Marcellum ad Maxentium tyrannum Eu-  
sebium ad G. illos: ad Thuscios. & Campanos? Quid, quod non tantum  
stylus infamis: sed etiam orationis filum puerile? Hoccine etiam impute-  
tur versioni? Minime vero: nam quis nescit Graecos disertos fuisse? Aut  
quis in Athanasij scriptis versatus admittat pro genuo eius foetu, episto-  
las illas ad Marcum, & Liberium? Imo non statim clamet imposturam: Et  
has fordes Turrianus se purgaturum speret exemplum Pauli, cuius sermo  
non erat in persuasiōnibus humanae sapientiae verbis: scriptorum noui te-  
stamenti, in quibus solēcismi sint & verba rudiā? Quasi nihil sit medium  
inter humanam eloquentiam, & feram barbaricem. Quasi idem sit iis quo-  
rum vernacula fuit Hebraica lingua, nonnunquam peccare in leges  
grammaticas Graecorum, & iis, qui ipsa origine Latini erant, nihil nisi  
barbarismos in ore habere.

IV. Quid centoues memorem? Nam plurimas ex iis epistolis legas, in quibus nihil legas præter nudum scripturæ textum, male contextum. Læge Soteri epistolam ad episcopos Campaniæ: & Pontiani secundam: & Anterii ad Episcopos prouinciarum Beticæ & Toleranæ, & Stephanii ad Hilarium & alias olim à nobis alibi notatas. Quid, quod in iis videas paginas integras & sæpe multas ad verbum descriptas aliunde? In Alexan- dii prima, tota illa disputatio de Trinitate satis prolixa, est Idacij Clari cortia Varimadum. In Eutychiani prima, pars prior & potior, ex Hilarij de Trinitate altero. Describuntur autem ut plurimum decreta hinc inde: quorum exemplorum sylvam cuiilibet colligere promptu: maxime ex edi- tione Sanctionum Ecclesiasticarum Iouerii: vbi ad marginem notantur locis si mutuo sumptu.

V. Denique, quid res commemorem ab iis seculis remotissimas? Tempa, altaria, bona Ecclesia, Archiepiscopos, Patriarchas, Primate. Quæ nomina ne legi quidem possint in vilo autore fide digno ante tertium seculum, & quidem prouectum. Nam ne Romanus quidem, & Alexandrinus, & Antiochenus, alio quam Episcoporum nomine ornabantur. Quid?

Quod Zephyrinus ad Ægyptios, Nuntiatum est (inquit) nobis per Apocrisarios vestros quosdam fratrum nostrorum, Episcoporum videlicet, ab Ecclesiis sedibus propriis pellit, suaque ab eis auferri suppelletilia, & sic nudos & expoliatus ad iudicia vocari: quod omni ratione caret: quum sancta Apostolorum, eorumque successorum, & precepta Imperatorum, ac constitutiones legum, id ipsum prohibeant. Similiter Euæbus ad Ægyptios. Et alibi in Synodalibus Patrum decretis & Regum editis, legitur statutum. Redintegranda sunt omnia exposita vel eiusdem Episcopis. Audin? agnoscitur? vocem eius qui vixit post Constantinos? Imo Theodosios, Iustinianos? Possum influire eius farinæ colligere. Sed hæc satis sunt. Ergo nos merito primam illam classem Epis. oportuni Romanorum reiicimus. Imo non eos Episcopos, sed eorum nomine factas decretales Epistolas.

V I. Sed & terciæ classis abſit, vt iudicium ſubeamus: abſit, vt teſtimonium agnoſcamus. Nam hi certe, & ſerio & ex professo docent Romanum esse Occumenicum Pontificem. Sed ſcī tu quomodo? Ita, vt poſt Conſtantinopolitanum victum: vicerunt enim. quum ſecundum eos Phoca pronunciauit: ſed poſt cum victum nihil horum attentarent, vt haec ſibi ſe-mel acquisitam dignitatem, non retinerent tantum, ſed etiam augerent. Adco quidem, vt ienitent, ſed nōniū ſero, ſeculare monachæ, à qui-bus fouebatur, ſe aspidem in ſiuu aliuiffe. Ita nō Epifcopos tantum p̄-a:bitio ponere, deponere & traſferre, ſui iuris eſſe dixerunt: Sed in re-ges iplos cornua erexerunt, vt ſibi in eos plenam autoritatem potestatem que vindicarint. Itaque ſic habeant Papistæ, nos horum omnium Ponti-ficium impotentem audaciam vocare in iudi-cium: tantum abeft, vt veli-mus eorum dicta, ianquam iudicium de reta, aut teſtium etiam reſponsa contra nos audiri. Qui propter reſete modeſteq; Bellarminus abſtinuit ab eorum locis recitandis.

VII. Superest intermediorum classis: de qua ipsa est etiam quod ante  
mur. Primo, etiam hanc classem passam esse imposturam. Iulij illas ad A-  
rianos h[ab]eras indicamus, quem de appellationibus sermo esset. Item  
Marci, & Liberii ad Ægyptios: Felicis de oppressione Ariatorum: Damas-  
ad Concilia Africæ. His adde Bonifacij secundi ad Eulalium de Recon-  
ciliatione Africanorum: quam Isidoro Mercatori Baronius tribuit ad  
annum trecentesimum trigesimum sextum, §. 60. Idem Leonis secundi  
quinque continetas disputat suppositas, anno sexcentesimo octogesimo  
tertio, §. 5. & deinceps. Nec magis legitima videbitur emundatio tribus  
Meleiadis ad Hispanos, cuius pars non exigua centro est elocis Scriptu-  
e: ē Anastasii ad omnes Germanie ac Burgundie Episcopos; cuius bona  
pars ad verbum transcribitur ex Leonis 2. Epistola: vitaceam consules  
absurdissime notatos.

VIII. Secundo; quis credat esse legitima Episcoporum Romanorum de suo ipso iure testimonia? Et quidem historia; eth nullum tam impot- nis ambitionis tradat exemplum, quam in teria classe: tamen docet non defuisse plerisque animos nimium altos; & longe discedentes à Christianorum modestia. Itaque cum Iulio Orientales expostularunt. In Concilio Carthaginensi sexto, quid non ausi sunt Zozimus, Bonifacius, Celestines? Quam molesti fuerunt Patribus eorum legati; tum in causa Apiaii, tum in Appellationibus? In Concilio Chalcedonensi, quam se animose iuris legati gesserunt, quem viderunt Constaatinopolitana ex equum Romano? Denique, eorum Epistolas pueriliter videoe eadem semper oberrantes corda: tam sollicite Petri autoritatem iactant; Sedis sua reverentiam commendant; auoritatem extollunt. Si quis ad eos scribit de suarum Ecclesiarum negotiis, statim factum interpretantur ex officio: quia ad eam sedem omnia referri debent. Si quis honorificis verbis eos compellere: tum vero delatam pr'me sedi reverentiam laudant. Deniq; quid non? Itaq; hoc tandem certum est iudicium: cuius ei us clas- sis Episcopos Romanos plerosq; (nam omnes concedere non possumus) Orthodoxos: sed iam tam elatiores quam oportebat. Potuerat igitur ab his numerandis super sedere Bellarminus, aque ac reliquis. Sed & eorum non paucos iam ante excussum. Reliquos igitur tantum examinabimur.

I X. Iulius primus in Epistola ad Orientales apud Athanasiū Apologia 2. *An ignari esis, hanc esse conficiudinem, ut primum nobis scribatur, ut hinc quod iustum est. definiri possit? Quapropter si isti hic eiusmodi sufficio in Episcopum concepta fuerat, id huc ad nostram Ecclesiam referri oportuit. Et postea accepimus à B Petro Apostolo ea vobis significo, non scripturus alioqui, quae notar vos esse arbitror nisi facta ipsa nos conturbassent. His verbis, inquit Bellarm' nus, Iulius affirmat ad se pertinere officium diiudicandi causas Episcoporum, etiam Orientalium, imo Patriarcharum, & hoc ius à Petro acceptum: & id omnibus notum.*

X. Responde primo, nullius iuris Iulium meminisse: sed tantum consuetudinis: r̄ḡt̄ l̄o: l̄o. Longe autem differt ius à consuetudine. Secundo, Iulium neq; de se ipso loqui, neq; nostram Ecclesiam nominasse, vt cst in Nannii versione. Sed t̄lū c̄r̄t̄d̄a c̄n̄l̄o: n̄o, Ecclesiam quo hic est, id est, in his regionibus. Id autem vel de toto Occidentalium Ecclesiastum corpore intelligendum: vel si de Romana, sic, vt directio tantum intelligatur. Nam tota illa Epistola nihil Iulius agit de particulari Ecclesiae Romanae iudicio, sed de Conclilio Occidentali alium. Nam & literae ipsie scriptae sunt nomine Synod, ἡλίων (aiebat Athanasius) ἡλίων γράψαντες, Iulium rescribere. re inserunt. Tum paulo ante locum citatum, hæc legas id est τὸ ἐκκλησιαστικὸν γράπειν, ηγ̄ μὴ τὸ γράψοντες τὸν πάτερα; idēi γραφῖνται πᾶσιν ἡμῖν, οὐαὶ τὸν παρὰ πάτερα ὅρασθε δικαιον! Oportuit secundum regulam Ecclesiasticam, & non hoc modo, iudicium suos oportuit ad omnes nos scribere, atq; ita ab omnibus iis dici. Ergo non sibi Iulius, itaq; non Papæ: nos suę etiam Ecclesiam id quicquid iuris est, adscribit: sed omnibus iis, quorum ius susserit: bebat. Et si quid tam sibi tribuit, id vero explicandum exhibis verbis, quæ non multo ante preceperunt, οὐαὶ γράψαντες τὸν πάτερα, οὐαὶ γράψαντες γράψαντες, τὸ πῆδεῖλον πάτερα τουλαδεῖν ἀποκρίνονται, οὐαὶ τὸ πάτερα παρέντων τούς θεοὺς δικαιον! Certores igitur nos de eare facite, dilectissimi, quo & illis scribamus, & ceteris Episcopis qui debent rursus conuenire, ut presentibus omnibus, iij condemnentur qui in culpa fuerint. Quæ verba eam directionem describunt, quam paulo ante nominauit: omnium dirigi solitas litteras de negotiis

Orientalium, ad Episcopum Romanum: non ut ipse ea negotia definiaret, sed ut communicaret reliquis suis per Occidentem collegis; atque ita ius diceretur. Inepte autem hoc, quicquid est, detorqueretur ad Occumenicum Pontificatum.

XI. Deinde non scribit Iulius id quicquid est iuris se a Petro accepisse. Qui enim potuit, cum consuetudini adscripta sit? Et sane haec, qua accepta a beato Petro, significo vobis: male referunt ad ea quae iam considerauimus: quam refecta sint potius, vel ad totum corpus Epistolæ, ubi multa legas de legitima iudiciorum Ecclesiasticorum forma: vel etiam ad proxima, ubi disette negatur æquum, ut Actis Orientalium cogantur Occidentales consentire, non cogita causa, τινος οιησεν την αληφορίσαντες, πρόχειρος αυτοῖς οὐδένων, δοκεῖ, τούτη μὲν εἰ τηλογονεῖς, θελονταὶ συμψήφιοι εἰσαγ. Nunc autem nos, quos certiores minime fecerunt, postquam iam egerint quodlibet, suffragatores sua damnationis, cui non interfuerimus, esse volunt, ωχέτων οὐ Ποντικὸς Αγρούζες: ωχέτων οὐ πατρίς παραγγελίων. Non ita se habent, Pauli ordinationes: non ita Patres docuerunt. Et tamen, ut concedamus, non male referri, quid ad Occumenicum, quem agatur de Synodo, non de Romano Episcopo, ut probatum?

XII. Denique, de hac ipsa consuetudine merito quis ambigat, cuius etiam nulla testimonio proferuntur: cum tamen contra certum sit, multa Episcoporum negotia in Oriente definita absque Occidentalium consenserit: testatur Epistola Synodi Alexandrina, quam eidem Apologæ totam inseruit Athanasius: in qua Synodo iudicatum primo fuit de criminibus Athanasio imputatis, ciusque accusatoribus. Et postea videbimus Africanos Patres testari æquum esse viuis cuiusq; cautam in iis locis cognosci debere, ubi crimen admissum est, & testes haberit possint: a quorum sententia, non procul absuerunt Orientales, ad quos haec Iuli Epistola scripta est. Nam hi scriperunt Iulio, apud Socratem lib. 2. cap. 15. editionis Graecæ, διλαβίτε μὴ δενηγονίσθε την αὐτὴν βέλοντα ἐξελεύσεται τὸ Καπλανόν. Significantes non debere ab eo decerni, de iis quos volent Ecclesiæ eicere. Itaque coercenda videntur Iuli verba, ad ea negotia, de quibus iudicium delatum fuerit ex communis partium consensu ad Episcopos Occidentales: ut in hoc Athanasi negotio contigit. Non enim proprio suo motu Iulius ingessit se in eius causa cognitionem: sed rogatus. Testatur ipse Iulius eadem Epistola, εἰ μέντοι οἱ οἰκεῖοι Εὐσέβιοι ἀγονίσθε τῷ αὐτοῖς ιημάτιον τούτῳ συνεγένετο. Ita ipsi qui apud vos, qui ab Eusebii partibus estis, autoritate pollent, autores mihi fuerunt vestri conuocandi. Hoc igitur supposito: nimis fuisse, siue Episcopo Romano, siue Occidentalibus eius collegis cognoscendum de ea causa, ex mutuo partum consensu: tum potuit Iulius dicere, sibi a Petro traditam rationem legitimæ cognitionis: quia tamen dicere non potuit, a Petro se accepisse priuilegium de eadem causa cognoscendi.

XIII. Iulium Damasus sequitur, qui in Epistola ad omnes Episcopos Orientales, apud Theodoreum lib. 5. historia: c. 10. Quoniam, inquit, Apostolica fedi reverentiam debitam charitas vestra distribuit, vobis quam plurimum, charissimi filii, prestitissim. Vbi notanda, & debita reverentia, & filiorum appellatio. Idem Epistola 4. ad Episcopos Numidiæ, Cuncta quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, tanquam ad caput, ut semper fuit consuetudo, deferre non desinatis.

XIV. Atqui in priori loco, debita reverentia, nihil ad rem, ἀφελούσι: Iulius, dixit Damasus. Quis autem nescit, eam reverentiam, non semper esse subiectorum in prepositos: sed etiam aliquando posteriorum in priores: etiam æqualium in æquales. Itaque, nemo miretur Orientales ita scripsisse ad Romanum, ut ad eum, qui Patriarcharum primus esset: etiam si alioquin nulla ei subiectio obnoxia esset. De filiorum nomine, non est quod plura dicam: alias enim, & obiectum, & examinatum est. Alterat illam Epistolam esse fictam: & quidem à sciole quopiam tam ridiculo eruditio, ut doceat vocem Episcoporum esse pluralis numeri, casus genitivi. Dignum enim uero acumen tanta sede: mo tantoviro. Quid? quod Petro traditas asserit omnes creaturas? Quid? quod ex eo loco, Fundamentum aliud nemo potest ponere, infert, Qum predicta fundamenta in Ecclesia tantum inueniamus posita. (Et fundamenta appellat Episcopos, & presbyteros) quicquid amplius positi in his insinuitur, stare nullatenus poterit. Quis non miretur ingenii subtilitatem? Tota constat ex ineptis tautologias: quas ad finem ridicule sic excusat. Non ergo generet, & non faciat vobis, fratres, totiens repotita loquuntur fastidium: quia summa necessitas est sapientia, prohiberi, quod totiens a vobis, ut cognovimus, illicite usurpat. Quid plura? Consules adscriptos habet Liuium, & Theodosium, qui nulli fuerunt. Itaque hanc Epistolam Iouerias omisit, ac ne nominauit quidem: nec Baronius dignam putauit, cuius memoriam suis inferret annalibus.

XV. Damasum Syricus excipit, epistola ad Himerium, & sibi maiorem cunctis Christianæ religionis zelum incubere: & se portare onera omnium, qui grauantur, significat, concludens, Explicauimus uniuersa, que digesta sunt in querelam, & ad singulas causas, de quibus per filium nostrum Bassianum presbyterum, ad Romanam Ecclesiam, virope ad caput tui corporis, retulisti. Denique præcipit, ut haec sua de rea dirigat Himerius ad alios Episcopos omnes.

XVI. Respondeo, hunc illum esse impurum Syricum, qui demarmonio desperatissime blasphemauit in eadem epistola. Itaque eius autoritatem apud Catholicos non esse magnam. Deinde scriptissime ad Episcopum Hispanum: Scimus autem iam tum Romanos affectasse dominationem in Occidentales. Itaque vocat Romanam Ecclesiam, Caput tui corporis, id est, Occidentis, Ecclesiærumque ibi consistentium. Non sequitur vero fuisse Occumenicum Pontificem. Maior autem zelus quid hic vtilis sit Bellarmino non video: neque enim zelus imperium significat. Onera autem aliorum portari, quis nescit ex charitate, & zelo? Nam quod de omnibus Episcopis est ad finem Epistolæ, caue sic intelligas, ut nulla limitatione coereas: quis enim puret verisimile, electum Tarragonensem Episcopum, qui haec de cuncta per vniuersum orbem publicaret? Quin ipse Syricus explicat statim, non eos tantum qui erant in Tarraconensi dicens, sed etiam Carthaginenses, Baeticos, Lusitanos, Gallicos: qui omnes erant in Occidente.

XVII. Zozimus epistola ad Hesychium Salonianum, Ad te postissimum

## PONTIFICE

scripta direximus, qua in omnium fratrum & Episcoporum nostrorum facies ire notitiam. Et infra, Seiet, qui quis hoc, postposita patrum, & Apostolica sedis autoritate, negligenter, a nobis distictius vindicandum, ut loci sui minime dubitet sibi non constare rationem, si hoc putat post tot prohibitions posse tentari.

XVIII. At hic Zozimus est, qui ut suæ sedis ambitioni deseruit, non dubitauit Africanis patribus impudenter illudere, suppositis canonicis Nicænis: qua de re prolixe disputabitur libro proximo. Quis non vider, quantum ei deferendum sit? Deinde falso citatur. Non enim ille, Episcoporum nostrorum scriptis, ut in Bellarmino legitur: sed Coepiscoporum. Nec absolute, in omnium fratrum & Coepiscoporum nostrorum: sed cum limitatione, non tantum eorum, qui in ea prouincia sunt, sed etiam qui vicinis dilectionis tuae prouinciis adiunguntur. Quam limitationem non imprudens Bellarminus omisit. Iam vero quid habet, prægeat? An illud quod iubetur Hesychius eas literas communicate vicinis omnibus Coepiscopis? An, quod malum minaturis, qui ea de cuncta negligenter. At utrumque pertinet duntaxat ad Occidentales Episcopos: in quos iam diximus sibi nimium tribuisse Romanos: nec essetamen propter ea Occumenicos.

XIX. Innocentius, Epist. 22. ad Episcopos Macedoniæ, Aduerti sedi A. postolice, ad quam relatio, quasi ad caput Ecclesiæ missa currebat, fieri iniuriam. Item ad Concilium Milevitum apud Augustinum, Diligenter congrue Apostolico consulitus honori. Honori, inquam, illius quem præter illa, quæ extrinsecus sunt, sollicitudo manet omnium Ecclesiæ: antiqua scilicet regula formam sequit, quam toto semper ab orbe mecum nos esse seruatam. Idem ad Concilium Carthaginense apud eundem Augustinum, Romanam sedem dicit esse fontem & caput omnium Ecclesiæ.

XX. Sed de capite Ecclesiæ, quid opus est sibi idem dicere? Prædictum ostensum, potuisse sic appellari Ecclesiæ Romanæ, ut tamen eius præsul non esset Occumenicus. Rehique duæ Epistolæ ad Concilia Milevitum, & Carthaginense, sunt ambiguæ fidei, & nescio quid obofuerit Erafino, ut eas non a genas censeret Innocentio. Certe qui censeret eum alius Epistolis eiusdem auctoris, nisi sit natus obesissima, mitabitur styli immane distantiâ. Na Innocentius facilis est, & fluens, nec affectatus: at hic perplexus argutulus, affectatus. Præterea variæ lectio. Nā in primo tomo Conciliorum legimus, non ut apud Augustinum, Consulititia honori: sed potius, consulititia honoris arcana, siue ut in margine, arcana. Qui sensus longe alius: sed magis congruus. Nam alias imperfecta est oratio, non enim exprimitur, quomodo cōsulat honoris. Quāquam, quid nocet illud consulete Apostolico honori? De sollicitudine omnium Ecclesiæ, alias actum. Fonte ac caput Ecclesiæ, non nominat Romanam Ecclesiam, sed similitudine tantum illustrat, Vbi tota, inquit, huius auctoritate iusta fuit præsumptio firmaretur: indeque sumerent cetera Ecclesiæ, velut de natali suo fonte, que cuncte procederent. & per diuersas ostiis mundi regiones puri capitū incorrupte manerent: vel potius manarent, ut ego quidem legendum censeo, & est in tomis Conciliorum. Vbi illa natali suo fonte non ad Ecclesiæ referenda, sed ad aquas sic: aquæ de natali suo fonte procederent. Illud autem puri capitū, otiosum videtur: nisi caput appelletur, quem prius fontem dixit. Et denique si fontem Ecclesiæ Romanam appellareret, iniuste fecisset, & ex nimia ambitione: nam fallo id constat dici. De capite alia ratio, quam alias explicuimus.

XXI. Sequitur Leo eius nominis primus, è quo plures loci profertur, quam ab illo alio, ut proberet Pontifex Romanus iurisdictionem exercuisse in Græciam, Asiam, Ægyptum, & Africam. Sic Epistola 84. sediebat Anastasio Thessalonici vices iuri moderaminis delegare, sequitur exemplum predecessoris suorum: sic tamen, ut imparte vocaret sollicitudinis, non in plementinē potestatis. Præterea assertit, magna prouidentia constitutos Episcopos, Archiepiscopos, Primates, per quos ad vno Petri sedē vniuersali Ecclesiæ cura cōflueret, & nihil vnuq; a suo capite dissideret. Hæc de Gracia. Epistola 46. sc. Anatolio Constantiopolitano executionē suæ dispositio- nis iniunxit. Et 62. Maximum Antiochenum moneret, ut frequenter ad se scribat, quid agatur circa Ecclesiæ. Et Cyrrillum Alexandrinum sollicitate multum poposcisse, ut Iuuenalis Palæstinæ principatum ambientis conatus nullam præberet ascensionem. Hæc ad Asiam pertinet. Epistola 81. ad Diocorum Alexandrinum, Quod à patribus nostris propensiō cura nouimus esse seruatum, à vobis quoque volumus custodiri. Hoc ad Ægyptum pertinet, cuius Patriarchæ Leo sic imperauit. Iam ad Africam. Epistola 87. Episcopos Africæ sic minatur, Quod utrumque patimur esse veniale, in ultimum peccatum esse non poterit, si qui quam quod omnino interdicimus, surpare presumperit. Et infra, Caussam Lupicini illic iubemus audiri. Exstant præterea eiusdem Epistolæ ad Episcopos Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, Italæ, in quib; aperte se eorum iudicem, & caput agnoscit. Denique sermones 1. de natali Apostoli: um, Romanæ vrbem alloquens: per sacram B. Petri, inquit, caput orbis effecta, latus presides religione diuina, quam dominatione terrena. Quamvis enim multis aucta victoriis ius imperij tu terra maris protuleris: minus tamen est quod tibi bellicis labor subdidit, quam quod Pax Christiana subiecit.

XXII. Respondeo, Leonem successisse Zozimo, Bonifacio, Celestino, intermedio tantum Sixto tertio. Illorum autem facto constare iam Romanos nolle reliquorum collegas esse, sed Dominas: quam ambitionem in eis & cœpisse, & desisse, utinam vere dici posset. Deinde, quod Græciam Bellarminus nomiat, nimis indistincte facit. Nam vel vniuersalitatem intelligit, vel partem vniuersale. In vniuersam fallsum extitit jurisdictionem exercuisse Leonem: nec id Sophista probat. In partem Græciam, concedimus, & Thessalonica ad eam partem pertinet: ut nihil simili- rum Anastasio commissas fuisse à Leone sui vices moderaminis. Eiusdem post Nicænam Synodum, quum paulatim erexit se, confitit maiusque ambitione. De Anatolio Constantiopolitano ita res habet: Leo post Synodus prædictoram, cum diu egisset apud Marcianum: tandem periecit, ut Catholicæ fidei faueret, & eius Synodi acta irrita fieri consentiret. Leo, qui nec sibi, nec Ecclesiæ deesse volebat, occasionem virget: & legatos mittit Constantiopolim, qui contra Eutychem agant. Et re-

LIBER DECIMVSTERTIVS, CAP. XXII.

28

Et reliqua componant: iisque in eam tem dat mandata: inter quæ, hoc, vt  
sibi Anatolium adiungant. Epistola 44. ad Marciatum, Ne igitur vel resi-  
psecentum desideria mora longior fatigares, vel incurio, a facilitas temere ali-  
quos & sine discrecione susciperet, iniundum est ab Apostolica sede directus, vt  
in consortium sua deliberationis accito Constantinoopolitana urbe antispirat, &  
pestilentia contagia non admittantur, & sanitatis remedia non negentur. Et 45.  
ad Pulcheriam, Lucentium Episcopum, & Basiliumpresbyterum fratres meos  
dirigere preparauit, qui dispositiones meas, fratrii mei Anatoliij deuotione sacra-  
ta, secundum eas quas acceperunt regulas, exsequantur. Non eratigitur Ana-  
tolius Leonis legatus: Sed tantum id optabat Leo, vt se ille Legatus adiu-  
geret, ut nihil in his (inquit quadragesima sexta) que ad uniuersalis Ecclesie  
statum pertinent, aut dubie agatur, aut segniter. Videbat n. sibi ad ea pera-  
genda negotia necessariam esse & Imperatoris autoritatem, & Anatolij  
societatem. Itaque quod legimus, residentibus vobis, quibus exsequitionem  
nostra dispositionis iniunxit, ex praecedentibus sunt interpretanda. Nam  
ad Pulcheriam, sic distinguit legatos ab Anatolio, vt cistribuat  
exsequitionem dispositionum suarum. Et sane, si Patriarchæ Constanti-  
nopolitano imperasset, primo caruisset exemplo: secundo quis Anato-  
lium putet toleraturum; quum & iam autoritatem haberet secundi Con-  
cilij. Et postea curarit in Chalcedonensi, sibi æqua priuilegia cum Roma-  
no. Deoique quid tum, si paulo audacius de se loquutus est Leo? Id potius  
videndum, vtrum vere sibi quicquam tribuerit, an potius insolenter arro-  
garit.

XXIII. Quod à Maximo Antiocheno postulauit epist. 62. se instru  
frequenti relatione de profectu Ecclesiarum, mirer multum, si quicquam fa  
tia ad Oecumenicum. Nondum enim didici, non posse aliquem certio  
rem fieri de iis, quæ alibi geruntur, nisi statim agnoscatur Dominus.  
Quin vide Leonis verba, Summa itaque vigilancia cautum te esse conuenit,  
ne quid sit hæretica præputias audeat vindicare: quum te deceat his Sacerdotaliis  
autoritate ressurrexere, nosq[ue] sapites de profectu Ecclesiarum tuis relationibus, quid  
agatur instruere. Dignum est enim, te Apostolice sedis in hac sollicitudine conso  
rem, & ad augendam fidem prius legiazertia sedis agnoscere, ut in nullo cum  
quam ambitione minuantur. Audin' Leonem tribuere Maximo consotium  
in sollicitudine Ecclesiarum cum Apostolica, id est, Romana sede? Et qui  
dem, non vt vicario, aut Legato, sed vt tertio Patriarchæ. Porro Patriar  
cha Alexandrinus, à Leone petebat, vt ne Iuuenali quærenti sibi Palæsti  
nam subiiceret, præberet assensum: non autem, vt sua autoritate definiret.  
Itaque falso Bellarmino, supplicas se dicit, vt ne permetteret. Recito lo  
cum ex eadem Epistola, Quod sancte memoria Cyrillus Alexandrinus Episo  
pus merito perhor rescens, scripsit suis mihi quid prædicta cupiditas auferat, in  
dicauit, Et sollicita prece multum poposcit, ut nulla illicitus conatibus præberetur  
assensio. Quid ergo? Rogate aliquem, ne cuiquam præbeat assensum, hoc ci  
ne est eius imperium agnoscere, & quidem solius? At, cur non petit hoc  
siquiunt potius ab Antiocheno Patriarcha, ad quem ea prouincia perti  
nebat? Imo (inquam) vnde constat non postulatum? Deinde, quid si non  
postulatum? Dic, causam fuisse propriam ipsius Antiocheni: à cuius iuris  
dictione volebat eam prouinciam Iuuenalis subducere: rogasse igitur Cy  
rillum, vt ne Iuuenali contra Antiochenum faueret.

XIV. Alexandrino Patriarchæ Leonem imperasse , quum dixit, *A vobis volumus custodiri, falso dixit Bellarminus.* & nos alibi discussimus: & negauimus illud velle, idem esse ac iubere : quum tota epistola nihil aliud spiret, quam fraterinam charitatem. Epistolam 81. ad Episcopos Mauritanie, agnoscot tam turgidam, & impotentri fastu plenam. Quid mirum? Imo mirum potius, si tam subito Romana sedes renuntiasset typho illis feculari, quem Zozimus, Bonifacius, & Celestinus inducere erant conati. Sed, vt non crediderim potuisse vnius Concilij Carthaginensis decretu eam audaciam cohiberi, quominus negotium successores instaurarent: Sic verisimile non sit, Episcopos Africanos, mortuo Celestino, tam subito sui oblitos esse, vt quæ olim denegarant, Leonem usurpare permittent.

XV. De ampliori præsidentia Romæ ex Episcopatu, quam ex armis, alias iam diximus: longe d' stare præsidentiam ab Imperio, ideoq; ab Oecumenico Pontificatu. Verum, constitutos esse Episcopos, Archiepiscopos, & Primates, per quos ad unam Petri fidem uniuersitate Ecclesia cura confluueret: hoc ille contra manifestam veritatem dixit. Qui enim extant ea de re canones, omnino nihil habent simile. Imo contra eorum quæ in singulis prouinciis gerebantur ῥωχύπος tribuebatur Metropolitano, primum: deinde excogitati sunt reliqui superiores gradus. Et tandem ad quinq; Patriarchas de eorum, quorum erant æqualia iura: Ideo paulo ante vidi mus Leonem Patriarchæ Antiocheno tribuere consortium sollicitudinis Ecclesiarum: & notum quid de Constantinopolitano sit deficiunt, tum in secundo, tum in quartio Concilio.

X X V I . Restant Gelasius primus, Anastasius secundus, Felix quartus, Pelagius secundus, Gregorius primus. De quibus quid dicam? Nisi Augie stabulum, quo magis dui abat, eo magis stet coribus abundasse? Certe id mirum de hoc typho seculari nullum quicquam detraxisse. Detraxisse autem? quin addiisse potius semper aliquid aceruo. Mentiatur, si non Gelasius longe imperiosius scripsisse conuincatur, quam vlli vnquam eius praecessores. Nam etsi Leo non nihil addiderat suis maioribus, tamen nihil vnquam Leo dixit, quod non infra Gelasium consideraret, Cuncta, inquit, per mundum nouit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententiae ligata Pontificum, sedes beati Petri Apostoli, ius habet resoluendi: ut pote qua de omni Ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Ita nec Cuocula per mundum Ecclesia? Vbi erat igitur Romana, tum quum se negabat poisse absoluere Marcionem? Vbi Irenaeus, cuiusque collega, qui graviter incepuerunt Victorem? Vbi Ocedentales, qui Innocentium negarunt definire debere, quos illi ab Ecclesiis electuri essent? Vbi denique Africani, qui negarunt appellandum Romanos? Nimurum, sicut fures in medio foro ne deprehendantur, precipitant se in medium turbam, sic iste ne mendacij queat conuinci, si ubertetur suos autores, suos saltrem testes exhibere, cum etiam per mundum nominat Ecclesiam. Egregie, si strepitu verborum constaret, non momento rationum. Sed, inquit, Bellatmio, constat virum bonum fuisse. & sedisse ante annos mille. Imo, de annis

amboinum  
Tom. II

perilis obseruatio: non enim nihil contra fas ibuectum est in Ecclesiam, nisi intra annos ab hinc mille. Virum bonum concedo, sed ~~regni~~: nec enim repente sunt homines nequissimi. Et viuis nemo hinc nascitur: Quid primus ille est, qui minimis vrgetur. Fuerit ergo dignus laude Gelasius in negotio contra Eutychen, contra Acacium, in aliis: at nō sequitur non fuisse nimium in extollenda sua sede. Iam si hic deterior suis præcessoribus quid de posteris speremus? Æras parentum peior autis tult illos nequiores, progeniem datura vitiosorem.

C A P. XXII.

De Patribus Gracis.

**I.** Tertia testium Papisticorum Classis assignatur Patrib. Græcis Etin et primo nominatur Ignatius: Epistola ad Romanos, *Ignatius Ecclesiæ sancti spiritus ad quæ præsidet in regione Romanorū*. Cur vero, inquit Bellarminus, dicitur præsidens, nisi quia caput est omnium aliarum? Sed Bozio plenius gaudium fuit. Sic recitat, *Ecclesia sanctificata & illuminata, in voluntate Dei, qua fecit omnia que sunt secundum fidem & dilectionem Iesu Christi Dei, & Salvatoris nostri: qua & præsidet in loco regionis Romanorum, Dœ digna, eminentia digna, memoria digna, beatitudine digna, laude digna, fundata in dilectione, & fide Christi, paternum nomen habenti, spiritus sacer, quam & salutis*. Eius textus hæc glossa est. At ille aliam nullam Ecclesiam vocat illuminatam in voluntate Dei: nullam dicte præsidere: nullam eminentia digna, nullam paternum nome habere: soli hæc Romana tribuit Ecclesia: illa igitur sola, si Ignatio credimus, præsider, eminenter, paternum nomen obtinet. Si illa præsider, ergo alibi subiecta: si eminet, subsunt: si paternum nomen habet, filiae sunt. Imo, pro, eminentia digna, in Græco est ἀξιονταύτη, quod melius reddi potest, digna super quam adficietur: nimirum, Super hanc Petram.

11 En tibi victorias! en tibi triumphos! Profecto sic viscunt: sic triumphant: & crebro: Iuxia illud, Dolus an virtus. Graece in hunc modum scripsit Ignatius: Ἐκκλησία ή γένος φρέγη τηφαπορθήσιν θεάμψη τη Θεότητε ποιεσιώς με πάντα, αἴσι (sic) Vai lemius edidit: ego malim cum Brunero καὶ πάντας καὶ σάρκα που Ἰνοβολέστη Θεόνη τω πόρος οὐδὲν, οὐ πιστεύοντα τη τάπη χρονία. Ρωμαῖον αἱ ξινοπετρής αἱξιομενόστοις, αἱξιποτοις, αἱξιεπιτόμοκτοις, αἱξιαγνοεῖς πιστεύοντας η γάρ, Χριστωνυμοις, πιστεύοντας, πιστεύοντας φόροις, λιβελούσιοι μεν. Vai lemiū dabo in cōp̄tē ne Brunerus Bozio non satis faciat, Ecclēsia sanctificata, & illuminata per voluntatem Dei operati omnia, qua pertinent ad fidem & caritatem Iesu Christi: Mallem ex editione Brunneri: Quia Ecclēsia, est secundum fidem & dilectionem Iesu Christi, Dei & Salvatoris nostri: qua presidet in loco Romana regionis: Deo digna, decentissima, beatificanda, laudanda, digna, qua quis potinatur, castissima, & eximia caritatis Christi, & Patriti nomen ferens, spirituque plena, quam & saluto. Hactenus Ignotius. Sed Ignatium quis dixerit à Bozio lectum? Cetera mitto: quod vrget, hoc ago.

III. Nullam aliam sic vocat. Lynceum hominem: & cuius ne tenuis-  
ma quidem aranearum filia, aciem fugiant. Atqui, o bone, mihi, ut non  
Lynceo, tamen non luscio loitidem obseruatum. Solam Tarsensem salu-  
tari, et owoθp̄lu cō Xετρ̄ū, Seruatam in Christo, solam Philadelphensem  
dāoθp̄lu cō ομργοτα Θσοβ̄, in Dei concordia firmatam: Solam Smyrnensem,  
πιντηροφρενθρ̄lu cō πιντηροφρενθρ̄lu, plene instructam in fide & caritate: solatii  
Antiochensem, οὐλειτηρ̄lu cō Xετρ̄ū, electam à Christo: solam Ephesi-  
nani, πεντελοπίνιlu τετρ̄c αιδην ειναι διά παντες εις διέγου παραγόντο: praeftina-  
tam ante secula, ut esset semper ad stabilem gloriam. Quid ergo: licetbit: ne, bo-  
na Bozii venia, infettra, illa sic illis propria esse Epitheta, ut aliis nullis, (ca-  
ceo alias) ut Romæ nihil sit commune? At, si Bozius patitur: non ferent vili  
viri graues.

IV. Illuminatam vocat in voluntate Dei. Imo mauct Vairlemius , per voluntatem Dei. Sed quid tum? Aut cur tam subito Bozious hoc *impauor* omissit è manibus ? Et non infert, si illa illuminata , ergo reliquas omnes cæcas esset? An quia non ausus? An quia vidit oihil ad rem?

V. Si eminet, reliqua subsunt. Ita oportet, inquam, & sensus comitinis dictat: ut vniuersaliter verum sit, ea omnia subesse, inter quae aliquid eminet. Sic ille, colloque tenus supereminet omnes, apud Ouidium, Sed non quaeunque subsunt, propterea impedit aut dominio eminentis obnoxia sunt. Et tamen unde hoc? Nam interpres ille vetus nugatus est, quem Bozio hanc suggestit eminentiam: quam nullam Ignatius nominavit. Recte, inquit, Bozios: Graece enim est *ἀξιοπιστός*, id est, *dignus super quo adiscetur*. O Graecie columen! O Athenarum delicia! At tibi profecto, si res es-  
set cum λαζαρηπολίσιν, illis mulieribus, & que cum Thcophrausto *ξύδεις* au-  
dites & potion iure: hic enim, quum accentu tantum peccaret, tu  
monstrum nominis effers in Attide nunquam auditum. Quanquam  
longe grauius peccatum in interpretando: *ἀξιοπιστός*, quo iure, quo  
visu, cum super quo adiscetur? Dixisset, dignam qua adiscetur, vel *super-*  
*adiscetur*, ferri posset: quanquam durum. Sed bene Vairlemius, dignam  
qua *quod potius*, πιστός τε πιπίγονος.

VI. At certe, si paternum nomen obtinet: ergo reliqua filiae. Cur non filios dixisti potius? Horruisti sollemnissimum, scilicet, vir latinæ puritatis. Sed quomodo ergo potuisti Ecclesiam Romanam patrem imaginari? Verum neque Graec πατέρων μης, neque Latine, paternum nomen habens: ita enim expressi: vetus Ignatii interpres: cum significat, qui aut sit, aut appelletur pater: sed eum, cui à parte denominatio est: quomodo ~~πατέρων μης~~, non ipsum Ch istam, sed Christianum: itaque Vatlemius vitrum-

norum. Quomodo Tertullianus in Descriptionibus dixit, Apostolorum cathedralis suis locis præsideri, id est, habere Episcopos suos rectores. Iudicent docti: nam ego quidem ex exercitu coniicio.

VIII. Sed, ut mea quicquid est conjectura, missum faciam, iubeo notari non dictum præsidete omnibus in viuenter orbe Ecclesiis: sed cautius, & tenuiter. Bellarmus expressit in regione Romanorum: qui debuit potius, in loco regionis Romanorum: quanquam τὸ καθεδρὴν multo adhuc minus Græcis significet, quam Latinis regio, quam illi καθεδρὴν potius dicunt. Cur dicit in regione Romanorum? Cur in loco regionis Romanorum? Præterea uoluit Bellarmus: nec miror: sed neq; Bozio, cui tam diligenter excussum est illud admirandum vocabulum, οἰκισμὸν τὸ δέκατον, otiū fuit attendere. An potius non commodum? ergo non tam aut supinus, aut negotiosus, sic dictum credo, quomodo Basilio, Iconium præsiderie parti Pisidiæ: nempe ἡγεμονία reliquorum locorum. Præsidebat Iconium parti Pisidiæ: ergo non toti Pisidiæ: ergo non toti Asiae: ergo non viueri sojorbi.

IX. Scio aduersarios, interque eos Baronium ad annum quadragesimum quintum §. 10. obseruare iam olim Romanum & Catholicum dici solitum pro eodem. Sed virtissim iubeo attendere, eum motem primum non fuisse ab initio: Argumento sunt exemplia, quorum quod antiquissimum, repetitur à Theodosio Iuniori, & Victore Uticensi, & Gregorio Turonensi, tribus circiter seculis post Ignatium: id est, post quartum à Christo. Secundo, cœptum usurpari, non à Catholicis, sed à Gottis, id est, Arianis. Gregorius Turonensis de Gloria martyrum cap. 25. de Arianis principi, Cogitauit intra se dicens, Quia ingenium est Romanorum (Romanos enim vocant homines nostra religione) ut ita accidat, & non sit virtus Dei. Petrus Siculus in historia Manichæorum dixit Manichæos scipios appellasse Christianos, οἱ μὲν τὰς αὐλὰς, ιατρούς, Θεοὺς Χειρούς, Σάλανδρούς Θεούς, Ποιητὰς οὐρανούς, vere Christiani Romanorum nomen assignantes.

X. Et fuit à ratione politica initium. Videlicet Gotti, Alan, Vandali Romanis bellum inferebant. Illi omnes Attriab: hi Catholici. Itaque factum, ut Romanorum nomine omnes Christiani venirent. Exemplum habes recentius: Turcæ, quibus vehementissimum olim bellum fuit cum Franci, Francorum nomine Christianos comprehendunt. Hinc est, quod Salianus de gubernatione De libro 5. Romanos semper discriminet a Barbaris, id est, Gottis, Vandalis. Neque alio sensu ab Epiphanio in Ariomanis, & Petro Siculo, Πορφυρίῳ nominatur.

XI. Denique, ut eccliam terræ misceas, absurdissimum f. erit aut καθεδρὴ, aut etiam καθεδρὴ, viuenter orbem interpretari: nec assur sunt Geographi, qui quanto dulcent Cosmographia, & καθεδρὴ, prius di creuerunt. Itaque nulla potest commodior initatio, quam γενικὴν καθεδρὴν intelligas ipsam urbem Romam, in qua erat Ecclesia. Esto igitur Ecclesia, quæ καθεδρὴ Romæ. quomodo de qualibet alia dici potest, εκκλησία η πατριαρχεῖον Εφεσου, Θεσσαλονίκου, Φιλιππουσιου. Quid hoc ad Occumenicum?

XII. Irenæus lib. 3. cap. 3. Maxima & antiquissima, & omnibus cognita, à glorioſissimi duobus Apostolis Petro & Paulo Roma fundata & constituta Ecclesia, eam quam habet ab Apostoli traditionem, & annunciatam omnibus fidem, per successionis Episcoporum peruenientem usque ad nos indicantes, confundens eos, qui quo modo, vel per suiplacentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cecitatem & malam scientiam præter quam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam præter potestorem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam: hoc est, eos qui sunt vnde fideles: in qua semper ab his, qui sunt vnde, conseruata est ea, que ab Apostolis est traditio. Hactenus Irenæus: cuius locum, mirum quanto fastu ostentent aduersarii: dicas singula verba rotidem esse oracula pro Occumenico Pontificatu. In eum commentatus est omnia diligentissime Feuardentius, in sua Irenæi editione: quare nos eius vestigia insistimus præcipue, non neglecturi tamen Bellarmino, si quid haberet peculiare. Hæc igitur inde argumenta eruntur.

XIII. Primum: prætermis omnibus ad Orientem & Meridiem, imo in viuenter orbe Ecclesiis, tantum Romanorum Episcoporum Catalogum textit. Quid tum, inquam? Nam id se Irenæus fecisse dicit, geminam ob causam: primam, quoniam valde longum esset in hoc tali volumine, omnium Ecclesiæ enumerare successiones. Et hæc quidem cauſa est cur omissæ sint aliae. Cur autem, cum omnes non possint, hanc potissimum elegerit, ratio est, quia maxima erat, & antiquissima, & omnibus cognita. Quid autem mirum ita sibi Irenæum temperasse: quum ipsi historici, quorum ea erat propria diligentia, non potuerint aliter? Eusebius c. 1 lib. 1. historicæ: οὐκαντος εἰς τὴν μεταρχὴν Διαφωτίσαντας θεοῦ καὶ μηδὲ δότελαι τὰς Διαδοχὰς καὶ τὰς Διαφωτίσαντας εἰς τῷ μηδὲ δοτέλαις επικλησίας αὐτονομίαν. In lucro ponentes, si successiones cōseruauerimus, simius omnium, ac certe præstantissimæ morū Servatoris nostri Apostolorum in Ecclesiis illistroribus etiam nunc, & memoria celebratissimis. Et libro 3. cap. 32. Quum fieri nequeat, ut omnes, quotquot tandem in Ecclesiis per orbem dispersis proxime & secundum Apostolos, pastores aut Evangelista successerunt, nominatum reconsensamus, eorum solum nomina scripsi & memoria non sine causa prodimus, quorum doctrina Apostolica ad hoc usque tempus per commentarios & monumenta ab ipsis edita reseruata est. Excusat ergo historicus multarū præteritionem, eadē ratione, quod longum, & impossibile esset omnes recensere. Non ergo earum vlo contem: tu. Sed recausitarum Ecclesiæ causam, primo quidem loco eandem Eus. bius cum Irenæo, nimis dignitatem, & illustrem famam. Quod autem mirum, si in vlo libello, & quidem non historico, contraxit te magis Irenæus? Quemadmodum autem Eusebius in diffuso opere ex infinitis paucis selegit, easque illustiores: sic Irenæus in opusculo ex paucis illustrissimam. Et quemadmodum apud Eusebius illæ paucæ nullum imperiū propterea habebant multas, et si esent illustiores: sic ne hæc quidem in omnes. quod fuerit illustrissima.

XIV. Secundo, Ecclesia Romana vocatur maxima, ut quæ omnem saeculorum potestatem sibi iure vendicet: cæterasque omnes sibi inferiores habeat, quas sua autoritate regat. Et hic ego sperem neminem agitum desperatam Feuardentii audaciam, qui hæc interpretationum monstra propinare non vereatur? Enimvero hæc etymologia, aut ab au-

toris mente est, aut à vi vocabuli. Autoris mentem qui probabit hanc esse? Quanquam omnem sacrorum sibi potestatem iure vendicare Romanam (si vera est Ecclesia) quis eam invenias? Nam id cuilibet Ecclesiæ communis est: quæ intra se ipsa, illam plenam habet potestatem, & exercet. Sed cæteras inferiores habere, cæteras regere, hoc vero nunquam Irenæo venit in mentem. Vim vocabuli, nulli eam, Grammatici agnoscunt unquam, qui scient magnam Ecclesiæ diciamplam, & populosam, putat Alexandrinam, Constantinopolitanam, Romanam. Quemadmodum autem longe maior Lutetia, quam Neapolis: & tamen in Neapolim nullum habet imperium Lutetia nostra: sic, etiæ maior fuerit Ecclesia Romana, quam Sasimensis, tamen Romanæ in Sasime sem nulla erat autoritas.

XV. Terrio. Ecclesia Romana dicitur antiquissima: non propter tempus, nisi de Latinis, & Occidentalibus intelligas: sed propter dignitatem, & quod aliis potior sit, ipsamque omnes, ut matrem suscipiant. At nos propriam, & visitissimam vocis significationem retinere malumus, ut durationem significet: vel absolute, ut antiquissima dicatur: non compare, omnium antiquissima: sed simpliciter antiquissima: quia ex eorum numero erat, quæ pauco post Christum tempore fundata fuerant: quodmodo frequens est eorum superlatuorum usus: vel etiam comparare, si ita magis placet: quia quæ laudes erant vrbis Romæ, et communicabant Ecclesiæ, quæ in ea urbe erat: quamadmodum Theodoretus Epistola ad Leonem, multa colligit eiusmodi, multus, quibus superiores estis, ornatur vestra sedes. ea enim est omnium maxima, & præclarissima, & que præstet orbitarum: & eorum qui inhabitant abundant multitudine. Accedit huius, quod hoc quoque, quod rerum positur, peperit imperium, & propria sua appellatione eos, quibus imperat, impetravit. Quis negat, has esse proprias urbis dotes? Non enim opinor, ut cæteræ mittam, sedes ipsa Petri peperit imperium, quod iam esse cœperat, antequam villus esset Petrus. Et tamen is dotibus ornari Theodoretus docet eam sedem. Præterea, qua Concilia Constantinopolæ sedis dignitatem æquarunt dignitati Romanæ, satis abunde restatur ex urbis dignitate augeri Ecclesiæ gradum.

XVI. Quarto omnibus cognita: ut quæ inter omnes caput extolleret, & eius rectores velut in altissima pharo, & clarissima specula collocati, liaram nauigationes inter tot naufragia dirigerent. Hæc vero nimis quidem pro imperio. At quænam ista sunt verborum portenta? Aut rectorem nauis in altissima pharo sive specula constitutum, ut inde cursum nauigationis dirigat, quis viderat unquam? Et non sufficiebat violentas interpretationes obtrudere, nisi etiam ridiculas? Omnibus cognitam dixit Irenæus, hoc est, non obscuri nominis, aut quæ in suo tantum solo esset nota, ut erant aliae plurimæ. Nam earum, quæ in ultimo Oriente erant, vix nomen audierant Occidentales, & contra. At Romanæ, & que Orientales norant, & Occidentales. Hoc sibi voluit Irenæus: præterea nihil.

XVII. Quinto: ad hanc Ecclesiam necesse est omnem conuenire Ecclesia. Hoc est (inquit Bellarmus) ab ea tanquam à capite & fonte pendere. Hoc est (inquit Feuardentius) membra cù capite conuenire, nec latum vnguem ab eius communione discedere. Atq; id duplii de causa, primo propter potentiem principaliatatem, seu locum, gradumque principem in iurisdictione, & autoritate: deinde quia haec tenus omnes semper conseruarunt fidem in hac Ecclesia, id est, in unione, & adhesione ad hanc Ecclesiam, ut caput, & matrem.

XVIII. Respondeo, primum, inquirendum, quid sit potestor principalitas Iunius noster intelligit, ιερονίμοντος δέκατον, quomodo postea dicitur Ecclesia Romana scriptile potentissimas literas, ιερονίμοντος καθεδρὴ, & explicat, principium digniss: referens, ad eius Ecclesiæ initia constituta ab Apostolis: ut sensus sit magnam esse dignitatem eius Ecclesiæ, quod est ab Apostolis fundata. Sed mihi non videtur aptum. Nam quomodo necesse fuit ad eam conuenire omnes vnde fideles? Nam ea ratio alius competit Ecclesiæ, ut probe docet Tertullianus, ad quas tamen non erat necesse omnes conuenire. Ego igitur potius ιερονίμοντος δέκατον, censio potestori principalitat: Quæ phrasis nullo in quā vsu dicta sit de Ecclesiastica politia: itaque dictam accipio de seculati potestate urbis Romæ, quæ longe, lateque dominabatur. Deinde illud, conuenire, esse pro Greco οὐρανῷ, nullus dubito: non autem pro communione, aut consensione, quam aduersarii fingunt: pro qua dicas quidem, Conuenit mibi tecum, non autem. Ego conuenio ad te. Et quod nam, quæso, Græcum vocabulum esse posuit, quod ita interpres exprimeret? Is, inquam, interpres quem fecimus nō liberis (quod docti solent,) sed καὶ μᾶς, vettore omnia: unde Latinitate etiam peruersa. Ut eodem hoc capite, Adest perspicere: habemus numerare: præter quam oportet colliguntur: & infinita alia.

XIX. Præterea, obseruari iubeo, omnem Ecclesiam, statim explicari ab ipso Irenæo, eos qui sunt vnde fideles, τοις αὐτοῖς, οὐρανῷ, vi ne totas Ecclesiæ intellexisse quis putaret, cum intelligeret suos fideles membra Ecclesiæ. Quare Irenæum hoc velle certum. Illustrè esse Romanæ Ecclesiæ exempli, tum, quia urbs ipsa est in toto orbe notissima: tum quia non auditione sola, quænam esset intelligeretur: sed dipsi testibus oculis: quia vnde fideles necesse esset Romanum plurimos confluere, propter Imperii dignitatem. Cum autem ita ad urbe confluenter, non poterant, quie raut fideles, non agnosceret Ecclesiæ, quæ inibi erat. Antiocheni Canon nonus: cum decernit Metropolitanum esse à reliquis agnoscendum, ratione em subdit, οὐ πέρ την μητροπολιτικήν, την ουρανού την τοιαν, οὐ πέρ γε μητροπολιτικήν. Propriæ quod ad Metropolitum omnes vnde fideles concurredunt, quibus sunt negotia. Sed Leo ad rem proprius, sermone de Sanctis Petro & Paulo, de Petro, Roman veniente, Cuius nationi homines in hac tunc urbe non essent: aut quæ usquam gentes ignorarent, quod Roma didisset.

XX. Sed eorum quæ sequuntur, sensum haud facile exactum elicere, In qua semper ab his qui sunt vnde fideles est ea, quæ est ab Apostolis traditio. Nam Bellarmino expositionem, Semper omnes conseruare: sed etiam insolens: quis enim unquam audiuit, conseruare traditionem aliquam

LIBER DECIMVS TERTIVS CAP. XXII.

28

aliqua Ecclesia, aliud significare, quam efficere, ut ea ipsa Ecclesia conser-  
uet apud se eam traditionem? Deinde, illa, *caput*, & *mater*, importune in-  
ficiuntur, & in fraudem disputationis. Quæ enim Irenæi verba designa-  
buntur, quibus illa significantur, aut quibus inferantur? An vero centent,  
nos tam stupidos, ut cuius cunque rei tandem adhæreamus, eam conceda-  
mus esse matrem, esse caput? Tertio, non protidit Bellacminus, ut cohæ-  
renter inter se sua expositionis membra. Paulo ante exponebat hæc ver-  
ba. *Necessæ est conuenire: id est, ab ea Ecclesia, omnes Ecclesiæ, tanquam à  
capite, & fonte pendere.* Nunc eius necessitatris rationem hanc ab Irenæo  
proferti disserit, quod in ea ab his, qui sunt vndiq;, conseruata est *Aposto-*  
*lorum traditio: hoc autem esse, ac si dixisset, omnes ei Ecclesiæ adhæsisse,*  
*tanquam capiti, ac matri.* Hæc si componas, quantum conficiunt oratio-  
nis monstrum? Probauerit enim Irenæus pependisse ab Ecclesia Romana,  
tanquam capite, & fonte omnes: quia omnes ei adhæserint, tanquam ca-  
piti, & matri. Hæcine vero sana? Hæcine digna Irenæo?

X XI. Quod vero Feuardentius exponit simpliciter, veræ fidei, & sinceræ pietatis traditionem, in ea Ecclesia esse conseruatum: primum, hæc omittit, ab his qui sunt undiq; quæ oriosa esse, frustraq; ab Irenæo addita, non facile cuiquam sano persuadebit. Deinde ne constabit quidem contextus: quæ est enim absurdæ conclusio: necesse est omnes Ecclesiæ cum Romana conuenire (etsi Irenæus non dixit *conuenire cum Romana*, sed *ad Romam*) ut membra cum capite, quia in ea conseruata erat traditio veræ fidei? An enim oportebat omnes Ecclesiæ pro capite agnosciri, in quibus hæc traditio erat conseruata? Aut illud potius verum, in sola Romana fuisse conseruatum? Imo utrumq; vehementer falsum. Nam ibidem Irenæus nominat Ephesinam, & Smyrnensem eius traditionis testes: quomodo testes, si non conseruassent? Et eas tamen aduersarij nunquam admittant, ut capita, ut matres, aut fontes. Quare neutra expositio consistit.

XII. Ego mihi multiemerit Graeca dari: nam interpretem, quicunque tandem si fuerit, pessime plurimis locis functum officio, non aliunde facilius probatur, quam ex Fuardentio, & Bilio. Quod si liceat meas conjecturas in medium proferre, cum bona literatorum venia, dixerim illud *Conseruata*, esse pro *obseruata*, ut sit Irenæi sensus, omnes fideles ex variis orbis terrarum partibus Romanam confluentes, facile obseruasse traditionem Apostolicam in ea Ecclesia conseruatam. Atque hactenus Irenæus,

XXIII. Epiphanius hæresi 68. quæ est Melitianorum, *Vrsacius*, & Valens pœnitentiam agentes, una cum libellis profecti sunt ad beatum Iulium Romanum Episcopum pro ratione reddenda de suo errore, ac delicio. Erant autem Episcopi. Curigitur à Romano Pontifice veniam petebant, si non est Episcoporum iudex, & caput?

**XXIV.** Epiphanius verba, ut probet aduersus Athanasium consultas esse calumnias, ac eis ὑστερούσες μετανοῦσι: Οὐρσίκιος, Ἐ Οὐάλης, μῆτρα λιθίων πεπολυτόντων τῷ μακαριστῷ Ἰησοῦ τῷ επιπόπῳ Γαλινέστατον πεπολυτόνδροι τῷ αὐτοῖς σφάλματῷ, ὃν ἐπικριθεὶσανταρθρή τὰ πάκινα Ἀγανάκτον. οὐλαβόνται ἡμεῖς εἰς ἀριστίαν, ἐ εἰς μετέντελαν, Ut postea offendiverunt pœnirentes Vrſacius: Ἐ Valens, cum libellis accedentes ad beatum Iulium Episcopum Romanum, ut rationem redderent sui erroris. Calumniati sumus (inqueibant) Athanasium Papam: verum admittentes ad communionem, Ἐ pœnitentiam. Hic vero, quid est quod euincat Oecumenicum Pontificatum? Imo quid non ordinatum, ac penedixerim quotidianum? Illud ὡς πεπολυτόνδρος Σφάλματος norant omnes dici, non tantum de legitimo iudicio, sed etiam de quacunq; purgatione, etiam amica.

XV. Libellos pœnitentiaæ, non soli Romano oblatis, sed etiam aliis, disce à Sosomeno, qui lib. 2. c. 15. dixit Eusebium, Amphionem, & Theognim oblati Episcopis pœnitentiaæ libello fuisse revocatos, ἀνελθοντας παντας βέλοις τοις επιστολοις διδίκτυα. Sed isti, cur potius Iulio? Respondeo: imo Eusebius, Amphion, Theognis, cur potius aliis Episcopis? Sic enim semper querri potest: & si Ambroso dedissent libellum, tum aliquis Bellarminus quererer, cur potius Ambrosio? Quanquam ratio non est obscura. Illi erant Occidentales: & Occidentalium, Romanus illustrissimus. Cæterum libellum Pœnitentiaæ oblatum ab iis lulo transcripte Athanasius in suam secundam Apologiam: in eo nihil est non vulgare: ne honoris quidem tituli, qui non possint cuilibet Episcopo tribui: nunquam illi quicquam deferunt præter ratiōnēm humanitatem.

**XXVI.** Athanasius ad Felicem Papam, *Ob id vos predecessores vestros Apostolicos videlicet praesules, in summitatis arca constituit, omniumq; Ecclesiarum curam habere precepit, ut nobis succurrantis. Idem in libro de sententia Dionysij Alexandrini Episcopi, Quidam ex Ecclesia recte quidem sentientes, sed ignari eius causa, cur ita ab eo scriptum esset, Romanam ascenderunt, ibi, eum apud Dionysium Romanum praesulem accusarunt. Cur apud Romanum Pontificem, Pontifex Alexandrinus accusatur: nisi Romanus est omnium communis iudex?*

XXVII. Sed Epistola illa ad Felicem, mera est impostura, ut alias docuimus. Et sane, quis credit Athanatum esse, suamque causam commendasse, quem sciebat in locum Liberij substitutum, & Arianis communicantem, à quibus se meminerat condemnatum? In Epistola ad solitariam vitam agentes, ταῦτα οὐ πειτή γε μάρτυς, καὶ εὐτῇ Ρώμῃ πιστίκη παρέδεξον ἢ ἀλλοῖς ὄμοιοις τῷ Αντιχριστῷ κακογοίας. αὐτῷ τῷ ἐπιλογίᾳ τὸ παλαιόν πεπρούμενος, Εἰ αὐτῷ τῷ λαϊ τρεῖς πατριάδας εἴστε πιστοίκη πατέρεις. Εἰ λαϊς πάγκος τρεῖς κακογοίας πατερόποτες, οὐδὲ ἂλλος επικόπτης εἴποι καθεστῶν δῆλον ἴπποντο τὸ παλαιό φίλικα πάτέρεις εὔστοις. Hoc ministro utens (Icili et Epicteto iuuenienti feroci audaci) Incredibile facinus designauit Romæ, & quod vere referat imaginem Antichristi. Nam in locum Ecclesie Palatum constituerunt, etiam vice populi, tres Eunuchos suos adesse iussit: tum tres nequam insidatores (neque enim quis quam eos Episcopos appellari) coegerunt Episcopum consti tuere in Palatio, quemdam Felicem ius dignum. En tibi vero Athanasij de Felice illo iudicium. Et huic se se Athanasius comendarit hunc Athanasium sua causa iudicium permiserit? Credant Pap. stx. Nam Catholici nunquam credent.

**XXVIII.** De Dionysij negotio Athanasii verba hæc sunt, p̄is tñs dñs tñs  
anklyticas adelaφas φροντιστε μ̄ ὅρης, μὴ ἐφαπίσουτε ἢ αὐτὸν, ἵνα τὸν αὐτὸν μὲν τὸν  
ποικιλότερον, ἀνὴρ λέων τοὺς τὸν βαρύν, ἡ κατέρχονται αὐτὸν περὶ τὸ οἰκουμένη  
ποτε τοῦτον.

sibi nonnihil indulxit, Quidam ex Ecclesia fratribus, recte quidem sentientes, qui tamen non interrogauerant eum (Dionysium) ut ab eo scirent quomodo scripsisset, Romam ascendunt, & detrectant de eo apud ei cognominem Dionysius Episcopum Rom. Quid haec ad Oecumenicum? quod ad omnium communem iudicem? Nam certe καταλαλεῖν ποιεῖ, non est aliquem iudicialiter accusare: sed aliquem infamare: de eius fama derrahere: quod fieri potest apud quilibet. Phauorinus πρωταθλεῖν τοῖς ἄνδροῖς τὸ πνῦν θάυμα φημέν. Atque ita explicandus idem Athanasius in libro de Synodis, quem Baro- nius citat, ubi vnde est verbo αἰνάστρα. Nam ne αἰνάστρα quidem significat semper iudicariam accusationem. Quo etiam Magdeburgenes in Synodo Constantinopolitanâ prima sub Iustino, annotarunt clerum & monachos Antiochenos, Seuerum suum Episcopum accusasse apud Ioannem Constantinopolitanum. Et Theodorus in libro 2. capit. 29. historiæ nomen Eunomii delatum ad Eudoxium Constantinopolitanum, εὐνόμιον τῷ ζῆλῳ τοῖς Φυλήσιν θέλαντες εἰς τὴν Καντακύπολην ἔθραμν, τὸ κατέπτη πατὴν Εὐδόξιον Φαντο τὸ Εὐοχεῖν Illi, qui sacris literis erant educti, ini- tutique, Zelo animos exacuentes Constantinopolim currunt, & primum En- nomio dicam scribunt apud Eudoxium. An quia Eudoxius esset summus o- mnium iudex? Ita exclamat Sophistæ συμφορῶν & Catholici rideant.

XXIX.Basilius Epist.52.ad Athanasium,Vijum est consentaneum scriberet ad Episcopum Romanum, ut videntes nos fratres, & iudicij sui decretum interpretarentur: ut quia difficile est, aliquos inde de Concilii sententia mitti, ipse autoritatem rei tribuit debet viris, qui laborem quidem itineris perferre possint: lenitate vero, ac facilitate morum tum commoda, & prudenti oratione eos, qui a recta via deflexerunt, monere: qui que acta Ariminensis Concilii secum ferant, ad ea rescindenda, que illuc violenter acta sunt. Hic Basilius Romano tribuit Episcopo autoritatem visitandi Ecclesias Orientis, & ex autoritate decreta faciendo, ac rescindendo Concilia generalia, quale erat Ariminense.

X X X . Imo nuge. Nihil eorum Basilio dictum. Consului Graeca, & φωνή εἰσιν ἀγαλάθοι· πιστεῖλαν τὸ εἰκονόπιον Ρώμης, ἐποκίνθασι τὰς γῆραις, καὶ δύσης γνόμων, μινιπόντος κατεκατέ, καὶ σωσθεῖσι δύματα. Θεοτραπεῖται πάντα δύσκολον τὸ  
εἶδον, αὐτὸς αἰδεῖτοντα καθεῖ τὸ πεῖσμα, εἰλέξαμεν αὐτὸς ιησούς τῷ οὐρανῷ  
εἷς πόνους διενεγκεῖν, ιησοὺς τὸ πεῖστην. Καὶ δούσια οὐδεὶς τὴς εὐλογοφύεσσι τῷ παι-  
δινον γενθῆσθαι· ἐπιποδείας ἡ οὐσιονομικῶν κατεργατεῖν τὸ λόγον, καὶ πάντας ιησούς  
μετ' ἑωταῖς πὲν· Αερίσιῳ πεῖσμάντι εἰπεῖν τὸ κατ' αἰώνυμον εἰκῇ φύσειν.  
Horum interpretationem aliam, & diuersam ab interpretatione Bellarmino,  
inuenio apud Baronium anno trecentesimo septuagesimo primo, §. 10.  
Sed & ipsam peruebam: itaq; sic ipse reddidi, postea obseruatorus aliorū  
peccata, viūm est nobis consentaneum scribere Episcopo Rom. ut animum ad-  
uertat ad ea, quæ hic sunt. Episcopum dare, ut quandoquidem communi, & Sy-  
nodico decreto difficulter est, inde huc aliquos mitti, ipse proprio motu negotium  
aggregatur, electi virus, qui in ipsis laboribus ferendis satis esse queant: & le-  
nitate, facilitateque morum iis, qui apud nos sepe obliquos exhibente, admonen-  
dis, sed & orationem componant ad utilitatem, & prudentiam: omniaq; habe-  
ant secum Arimini gesta, ad dissolutionem eorum, quæ ibi per vim gesta sunt.  
Hæc Basilius.

XXXI. Primum peccatum in Bellarmini versione: quod illud *gr̄atia*  
*d̄c̄t̄*, redditum sit, *indicti* sui decretum interponat. Et quidem hoc gemi-  
nuni. Nam primo *gr̄atia* *d̄c̄t̄*, non significat interponere iudicium de-  
cretum: quæ verba eorum autoritatem significant, penes quos est potestas  
plena iudicij. Itaque apud Baronium iusquæ, *de que consilium*. In postre-  
ma editione Parisiensib, sententiam suam expromat. Et sane eadem phrasis  
cooperias Epistola octava ad Eusebium Samotatensem. Nullus, inquit est,  
qui æque, ac tu possit, *d̄c̄t̄* *gr̄atia* *nūi* *et* *exequiā*, *consilium* nobis  
dare de negotiis propositis. Deinde, mutatur persona, tum à Bellarmino, tum  
à Baronio: qui illud dare *consilium*, referunt ad Episcopum Romanum  
cum sit referendum ad eos, qui ei scriberent. Censet enim Bafilius debere  
Orientales scribere Romano Episcopo, & eidem *consilium* dare, quod a-  
gendum sit: quod statim subiicitur. Itaque sic constiuentur: Visum est  
consentaneum *īt̄c̄l̄m̄y*, *ī d̄c̄t̄* *gr̄atia*, scribere, & dare concilium. Vbi igi-  
tur illud Bellarmini ex autoritate derreta facienda erit.

XXXII Alterum peccatum. *ad iuritiam* & *in patrum usus*, *autoritatem rei tribuero*. Cum contextus necessario aliter requirat. Quia enim meatio sit Syndici, intelligendum est, potuisse mitti aliquos ex decreto eius, & id quippe optata illius fore sed, quia difficile esset, saltu optandum, ut mitteretur a Romano Episcopo: nempe, non cum publica autoritate, qualis erat futura synodica, sed priuata Romani. Quo sensu. *ad iuritium*, & *ad iuritiam*, passim occuruntur. Athanasius Epistola ad Rufinianum, *τες μη αιρετους θεοβειας*, vocat eos, qui impieatis autores non fuerint, & dilputatione contra Arium in Niceno Concilio, *Αγεις οι πιστιν, μη γο ιχωρις ειναις αιρεται την Φημι*; Num ex mea autoritate ita loquitur? Diodorus Siculus libro 7. *παντοποιηται τη αιρετην τη αρχοντην, πονας sumet ab autore scelerum.*

XXXIII. Tercium, hæc, interpretis peccatum appelle, an Beliar. mini vafitiem. Interpres, iti à vñt p̄ r̄ḡ d̄ oynlu exē yaropiuw, verit, ad rescidenda qua illuc violenter acta sunt, non omnino quidem male: sed ambigue: potest enim intelligi, vt vel ipsi legati missi resciderent acta velferrent acta, vt postea prouideretur dissolutioni corum qua erint gesta. Bellar minus in hac ambiguitate id sumpsi, quod sue cauæ faueb̄t: nempe vt ipsi legati ex autoritate Romani acta Ariminensia dissoluerent. Quæ tamen Batili mens non est: sed hæc potius. Habeant secum acta Ariminensia, vt cum ex eorum lectione constiteret violentia fuisse, possint apud nos rescindi, & antiquari. Non igitur de se Romano eam potestatem. Denique quantum in eo sit momenti in rem Pontificiam, disce ex Epist 64. Sin vero perseverauerint vñt, n̄ c̄m̄ d̄ dñs c̄x̄n̄c̄s in h̄n̄oū t̄ p̄ḡ, cogemur. Et ad alas Ecclesiæ declamare vestrum inforiunium, efficere que, ut a plarib, ad vos Episcopi mittantur litera, m̄ p̄zadōs t̄ t̄p̄t̄ ī v̄v̄x̄v̄z̄ q̄l̄b̄n̄s: a debetis n̄ q̄l̄p̄p̄n̄w̄z̄ quibus impij huini figimenti magnitudo destruatur.

XXXIV. At quartum peccatum ipius est Bellarmio i totum : cum Romano Basilium tribuere dixit autoritatem visitandi Ecclesias Orientales. Nam *is inoxia* Basili, & illud *videre* interpres, id tantum significant, ut aliquando animum aduenient ad Orientalia negotia ex fraterna sollicitudine. Quomodo Epist. 70 ad Episcopos Galliarum & Italiam, Nam, & hoc potissimum est, quod requirimus. ut ipsi quoque Imperatoris

XXXV. Porro, quod attinet ad missionem illam aliquorum virorum, qui turbulenta negotia componerent: Cyprianus testatur Epistola quadragesima secunda, se Rotham misisse Caldonium, & Fortunatum, ut cōponerent schismata Romæ suscitata. Quis tamen huic Episcopo Carthaginensi audiit ullam esse tributam iurisdictionem in Ecclesiam Romanā? Imo id se ipse testatur fecisse stat in inicio Epistolæ, quod seruis Dei, & maxime Sacerdotibus iustis, & pacificis congruebat. Quare, si est officium omnium Episcoporum curare aliarum Ecclesiarum negotia: ergo id esse nequum signum Oecumenici Pontificatus.

XXXVI. Sed neq; illud in Basilio temere prætereundum Quandoquidem ex communi, & Synodico decreto fieri non potest, ipse taliter proprio motu rem aggrediatur. Quæ comparatio ostendit, magis optandum fuisse Orientalibus, ut ii viri mitterentur communiter ab Episcopis Occidentalibus in Synodo, quam ab uno Episcopo Romano: vnde sequitur, Basilius agnouisse maiorem esse autoritatem in Concilio, etiam particuli, quam in Episcopo Romano: quod ipsum indicio est, non agnitus Romanum pro Occumenico. Deinde illud etiam constat, putasse Basilius, Synodum Occidentalem particularem, quæ iure nullam haberet autoritatem in exteris provincias, legatos potuisse in Orientem mittere, ad eadem efficienda negotia: quare ea missio nullum fuit signum Occumenici Pontificatus.

XXXVII. Gregorius Nazianzenus in carmine de vita sua, dicit Romanam Ecclesiam, semper conseruasse veram de Deo sententiam, ut decet urbem, quæ toti orbi præsidet. Nec loquitur de Imperio temporali: nam eo tempore Imperii Romani, sedes Constantinopoli erat, non Romæ.

XXXVIII. Imo de imperio temporali nihil veta intelligi, *tūcēdōrē* & *ēlāvē*. Quis enim nescit, et si Imperator commoraretur Constantiopoli, tamen dignitatem imperii non fuisse ablatam ab urbe Roma? Sed duxat sic communicatam Constantinopoli, ut tamen illa praecederet, essetque augustinus, ac penes eam remaneret praecipua dignitas? Propterea non taustum Eusebius lib. 3 de vita Constantini, c. 7. *Vrbis illius*, inquit, penes quam imperium est. *Episcopus in graue scense & state præpeditus absuit*. Sed, & Socrates aliquanto post tempore, lib. 2.c. 11. *Baotū & ouos' Pāulus* appellat. Et recentius adhuc apud Theodoretum historiæ lib. 4.ca. 8. literæ Synodales Illyrici Concilii, Romam vocant caput Imperii. Ipse Theodoretus ad Leonem, urbem Romam dicit esse omnium maximam, & præclarissimam, & quæ præst̄ orbi terrarum. Quid nonne ipse Bellarminus alias citauit ex Prospero. *Quicquid non possit armi, Religione tenet?* Ergo post sedem Imperatorum constitutam Constantinopoli, & post Gregorium annis multis, urbs Roma ob temporale imperium, dicebatur caput orbis: dicebatur tenere orbem armis: cur non etiam præsidere? Et tamen, si de Ecclesiastica politia malis intelligere, quis nescit præsidentiam competere primæ sedi, quæ reliquis omnibus præferebatur dignitate, et si non potestate, aut imperio? Ita mens esset Gregorii, decuisse Romam conseruare sinceram doctrinam Christianæ fidei, vel ob hoc, quod omnium Patriarchalium sedium esset prima.

XXXIX. Chrysostomus Epist. 1. ad Innocentium Papam. *Obsecro; ut scribas, quod hæc tam iniq[ue] facta non habeant robur: illi autem, qui inique egrent, poena Ecclesiasticarum legum subiaceant.* His verbis Chrysostomus Romanum Pontificem rogat, ut ipse sua autoritate decernat, iuritam esse sententiam Theophili: & Theophilum ipsum puniat. Agnoscit ergo summum iudicem, etiam Græcorum. Rursus idem Epistol. 2. *Perpetuas vobis gratias agimus, quod paternam erga nos benevolentiam declaratis.* Agnoscit igitur Innocentium patrem, cum tamen senior esset Innocentio. Denique eadem Epistola postulat, ne inimicos suos excommunicet, quamquam meritos, *Vestrarum ore vigilantiam, ut licet omnia tumultibus impleverint, si tamen curari morbo voluerint, ne affligantur, neque à cœtu eslicantur.*

**XL.** Sed primum caput sciatet mendacis: neque enim Chrysostomus  
erat Innocentium, vt decernat: neque autoritatis meminit: nec vt puniat  
Theophilum. Sed haec omnia de suo excogitat Bellarminus, nimis auda-  
cter. Scribere, quod non habeant robur, nulla ratione significare potest  
senientiam decerneatis, aut statuentis autoritate judiciali: sed tanquam ad-  
monitionem eius qui docet, iniquum esse contra leges aliquid fieri: & fa-  
ctum, esse irritum: quin eos potius qui id egerunt, esse penitus Ecclesiasti-  
cis subiciendos. At haec admonitio nihil habet, quo Occumenicus stabi-  
liatur. Confirmatur: quia idem qui haec scribit Chrysostomus, testatur se  
appellare ad Synodus: à qua igitur oportuit eum sententiam expectare:  
non ab Innocentio, ad quem non erat appellatum.

XLI. Quod attinet ad paternam bencuolétiā, respondeo, primum,

hæc scribi à Chrysostomo, nō iā amplius Episcopo, sed exule, & deturba-  
to à sua sede: id est, deposito ab officio, idque in Concilio: adeo vt in eius  
locū alius esset constitutus Episcopus. Quid mirū ergo, si paulo demissus  
Episcopū est alloquutus? Secundo, et si elet Cōstātinopolis vrbis regia, ta-  
men erat inferior vrbe Roma: itaque Romanus habebat, nō regēbas. Po-  
tuisse ergo, sed digniorem Episcopū patris nomine compellare. Tertio, et si  
patris sit in liberis autoritas: tamen paternus affectus, & benevolentia,  
non solent autoritatem significare: sed animum in amorem propensissi-  
mum. Itaque non posse argumentum esse stabiliendo Oecumenico. De  
excommunicatione, nihil est necesse multa dicere. Olim enim docui Episcopos  
alios ab aliis promiscue excommunicatos.

X L I I . Cyrilus Epistola 10. ad Nestorium, & vndecima ad Clerum, & populum Constantinopolitanum, scribit Nestorium, nisi intra terminum a Celestino Papa Romano praescriptu, heres suas renecet, ab omnibus, ut excommunicatum, & de positum, debere vitari. Et 18. Celestini san-  
ctissimum Patrem inscribit: & petit, nra velit cum Nestorio ad tempus  
adhuc communicari, an vero deinceps ab omnipibus vita. Quz omnia  
satis declarant, quo loco Romanum Pontificem habuerit, cum in da-  
minatione, ac depositione Nestorii, nihil se alicud, quam executorem, &  
administrum Romani Pontificis exhibuerit. Idem in libro Thefauri, Petrus  
omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi, tanquam ipsi Domini  
Iesu, obediunt. Item, debemus nos, ut qui membra sumus, capitii nostro Romano  
Pontifici, & Apostolice sedi adhaere. e.

XLIII. De excommunicato Nestorio, acutum alias. Hic paucis. Primo, non fuisse Celestini sententiam, sed Synodi Romanæ, *Id est iuris ius* *magistrum* *et* *ius* *omodo*, *την τινα μερικην των αιρετων συνειλεγμην*, *πειρασμον* *επιστολην*. *Επιστολην* *αδελφον*, *και συνειτερην ιμανταν* *Κελεινην* *Επισκοπην*, *και πειρην* *την τινα Διαμητριου* *χριστιανην* *συμβαλλοντας* *δοκιμιαν* *την σκανδαλην*, *και εξερανιδυν* *εν δο* *μετων*. *Ecce una cum sancta Synodo Roma collecta, presidente religiosissimo fra* *tre, et collega nostro Celestino Episcopo, tertio, hoc te contestamur scripto, consu* *lentes, ut discedas a tam sinistri distorti que dogmatibus, και ει μη ταυτοριχη* *ειν* *διλαβεια, την τινα δοσθενειαν* *και* *την μιαν* *και* *την ιερα μημετον* *Επιστολην*, *ει* *πειρι* *στην* *επισκοπην* *Κελεινην* *την συναπτερην ιμανταν*, *γνωσκει* *στων* *μηδενα κληρον* *επι* *λει* *μετων* *ιμανταν*. *Quod si id non fecerit pietas tua, intra terminum prefissum literis* *pissimi, religiosissimis Episcopi Celestini, collega nostri, scito tibi nullam esse par* *tem nobiscum.* *N hil igitur Celestinus dicitur decreuisse: sed praefuisse Sy* *nodo decernenti, cuius etiam nomine literas scribebat. Secundo, sci* *psum Cyillus ei Synodo coniungit, μη την ιερα ομοδη, inquit: quod nun* *quam fecisset, si se tantum executorem eius sententia perasperat. Tertio,* *eandem sententiam testatur, se cum tertio pronunciare: ergo antequam* *quicquam, siue a Romano Pontifice, siue ab eius Synodo accepisset, ean* *dem sententiam pronunciarat, an vi summus iudex? Quarto, ea sententia* *Celestini nunquam valuit, aut executioni mandata est, donec accessit au* *toras Synodi Ephesinæ: ante cuius congregationem eæ literæ à Cyrillo* *fuerant scriptæ. Agolescin' veteris iorouiae vestigia?*

XLIV. Epistola vero 18 quidni Celestinū sanctissimum Patrē appellebat  
Nam Patrē appellare moris era: ,cū qui vel ætate vel certe dignitate sedis  
pollebat. Sanctissimum autem , quem Ep'sc oporum non nominabant o-  
lim? Id ignoret , quisquis in Veterum scriptis est peregrinus. De excom-  
municatione Nestorii , postulat à Celestino Cyrillus non publicum de-  
cretum , sed priuatam sententiam: scilicet , vt quid sibi videretur , exprime-  
ret. Nam initio quidem suam ipse diserte feuerentiam his verbis concipit,  
Ego hoc affi' mo , paratus etiam Synodis id lisseri manifestum reddere , quo in  
lin dicunt , ac sentienti cōmunicare non possemus. Et ne videretur non posse  
absq; aliena autoritate , Hoc quidē (inquit) nondū feci: quasi in posterū se fa-  
ctūrū mītātū. Sed quare nondū? An quia Rōmanus nondū permisisset  
nondū pronunciasset? Imo , arbitratu manū effe labensib; porrigidam , &  
cadentes tanquam fratres erigendos , hortau sumeum literis , vise à tam prava  
opinione cohībeat. Viden' rationes ? Viden' iā iis nusquam defectum auto-  
ritatis ? Quid igitur quārebat a Celestino? Nos ipsi ab illius cōmuniōnis cū fi-  
ducia nō exemimus , donec ista pietati tua cōmunicemus. Quapropter quid vi-  
deatur , exprimere dignare: an aliquando debamus illi cōmunicare , aut in poste-  
rum confidentur edicare , quod talia , & sentienti & docenti nemo nostrū cōmu-  
nicet. Audiū quārere , vt exprimat , quid videatur? Et quid minus à quo quā  
postulare quēat? Non igitur se nihil significauit , nisi exsequitorē senten-  
tiae Celestini : sed eius potius fratrem , & collegam diserte nominauit:  
quod nemo audeat hodie Papisticorum mancipiorum : non ipse Bellar-  
mius nunc Cardinalis , olim Iesuitulus.

X L V . De Thesauro , respondeo , nunquam verisimile esse , ea scripta a Cyrillo : adeo redolent recentissimam adulatorum Pontificiorum nequitiam : adeo abhorrent à veteri παροίᾳ , & ιστορίᾳ Itaque desumuntur dūtaxat è Thōmæ Aquinatis opere aduersus Græcos . Quis autem Thomas fuerit , quis ignorat ? ipse tyranndi Romanæ additissimus in eaq ; dilatus tēpora , quæ & ignorātia scaterent , & imposturis abundant . Thoma autē isto lôge recētor est Gennadius Scholarius , autor Græc⁹ quidē origine , sed ingenio Latin⁹ : qui cōtra Græcos pro Papistis scriptis post Flo- fērē nā Synodū Atq ; horū neutrō p̄stantio r̄ Andreas Colosensis , in eadē Florentina Synodo p̄sens . Quare nos hunc locum confidenter nullo loco habemus .

XLVI. De Theodotero, & Sozomeno, alias actum: nec placet reperere. Acacius Constantopolitanus ad Simplicium Papam, *Sollicitudinem omnium Ecclesiarum*, secundum Apostolum circumferentes, nos inde sinenter hostiamini, quamvis fronte vigilantes, ac praeurrentes. Hic vero quidnam est quod sit usui Rom. Pontifici? Quanquam enim Acacius is sit, cui quam minimum tribuendum sit, homini versipelli: & nunc Catholicorum partes foquenti, nunc in haereticos propensioni: quid tamen in his verbis sit, quo suam causam stabiliat, non facile video. Nam quid urget praeter sollicitudinem omnium Ecclesiarum? At qui illud, secundum Apostolum, satis ostendit cogitasse Acacium de ea cura, quæ non sit proprium munus Oecumenici: sed eius cui cordi sunt omnes Ecclesiæ: quæ de re alias dictum.

**XLVII.** Quod Episcopus Pataren sis apud Liberatum de Silurio dicit. Multos esse in hoc mundo reges: Et non esse unum, sicut ille Papa est super Ecclesiam mundi soror, hoc, in quam, si significat Episco. Rom. eminere supra omnes

omnes a'ios Episcopos dignitate , nihil haberet non verum , & sanum . Sin vero significat dominationem in omnes Ecclesias : tum proflus falsum est: & repugnat non tantum rationi , sed etiam historiae Ecclesiastice . Nec , credo , illius Patrensis tantum nomen est , vt præferendus videatur omnibus , qui ante eum floruerunt , viris magnis , Catholicis , sanctis .

XLVIII. Iustinianus senior Augustus Epistola ad Ioannem secundum in Codice titul. i. Nec enim patimur quicquam quod ad Ecclesiastum statum pertinet: quod non est nostra innotescat sanctitati , qua caput est omnium sanctuarum Ecclesiastum . Sed hic Imperator in ea deuenit tempora , cum non procul abesse Phocas ille , qui autoritatē Romani stabilituit . Itaq; nihil mirum , iam tum in commodius loquutum . Sic n. protestatur eadem illa Epistola . Omnes sacerdotes vniuersi Orientalis tractus , & subiecti , & vivere sedi vestra sanctitatis properauimus . Sic n. iam tum conficiebatur mysterium iniquitatis . Itaq; superfldeo de eo plura dicere , quāquā verba , a Bellarmino recitata , nihil habent difficile . Nam & caput Ecclesiastum dici potuisse , nulla habita ratione Oecumenici Pontificatus , alias docuimus , & referre se omnia , que ad Ecclesiastum statum pertinent , non ad Romanum tantum , sed etiam ad Epiphanius Constantiopolitanum , eodem titulo . Cum ve- limus tuam sanctitatem omnia cognoscere , qua ad Ecclesiasticum statum spectat , necessarium duximus his ad eam ut diuinis apicibus . Et sane non dicit se ei foli communicare : sed ei etiam id est , cū aliis , nec dixit referre ad eius iudicium , vt statuat pro arbitrio : sed date operam , vt ciinnotescant : neque , vt quā Imperator statueret pertinentia ad statum Ecclesiæ , ea Roma- no intimentarentur , vt & reliquis : mo etiam magis quam reliquis .

## C A P. XXIII.

## De Patribus Latinis.

I. Vpserunt Latini Patres . Tertullianus de Præscriptionibus , Si Italiae adiaces , habes Romanam , unde nobis quoq; autoritas praesto est . Quæ verba ex Quintino sic explicat Pamelius , vt etiam extra Italiam Romano Episco- pico fuerit iuridictio . Illud . a. nobis , aut Catholicos omnes , aut certe Africanos significare .

II. Respondeo , illud nobis , intelligentium non de Catholicis omnibus , sed tantum de Africanis : eam vero autoritatem nequaquam significare iuri- dictionem . Est autem hic sensus . Tertullianus inter præscriptions aduersus hereticos , hanc ēt numeravit , nempe testimonium Ecclesiastum apostolicarum : & si quidem , vt faciliatis gratia , pro vicinitatis ratione , singulis suis assignet . Is quibus vicina erat Achaia , Corinthum : illis , qui non longe erant Macedonia , Philippopolis , & Thessalonicanam : his qui in Asia tendere poterant , Ephesum : deniq; illis , qui Italia adiacent , Ro- manam . Iam illa consideratio luiti de Africanis : apud quos nulla erat Ecclesia Apostolica . Quidigitur ? Nempe his etiam Romanum indicat , unde inquit in nobis quoq; autoritas praesto est . Nobis , inquā , Afris , qui procul di- flamus ab Achaia , Macedonia , Asia , & nobis quoq; hoc est , non tantum iis , qui Italia adiacent , puta Gallis : sed etiam nobis Afris , qui non ita ma- gno mari interstitio ab ea separamur , vt nō possit esse præsto statuta au- toritas eius . Quam sententiam alii verbis expressam habes lib . 4. aduersus Marcionem , Quid etiā Romani de proximo sōnent . Autoritatē igitur ap- pellat , non iuridictio : nem in alias Ecclesias , sed ipsam testimonij certi- tudinem , quomodo solemus iam quasi proprie autoritatem Augustini , Hieronymi , Chysostomi , aliorum , hoc est , ab iis desumpta de aliqua re con- trouerter , testimonia . Hic igitur Tertulliani locus nihil proflus facit ad probandum Oecumenicū Pontificatum : alioquin , diuidendū in eas omnes Ecclesias , quæ nominantur eodem loco . Nam Asianus præsto erat statuta autoritas Ephesiua : & reliquis reliquarum : æq; ac Africanis Romana .

III. Cyprianus Epistola 42. ad Cornelium , (nam de libro de Unitate Ecclesia alias actum ) sic ait , Misericordia super collegas nostros , vt ad Catholicæ Ecclesia unitatē scissi corporis membra componerent : sed diuersa partis ob- stinata , & inflexibili pertinacia , non tantum radicis , & matricis sinum , atq; complexum resuscitauit , sed etiam adulterum , & contrarium caput extra Ecclesiam fecit . Vnde sic argutatur Bellarminus . Sicut Nonatianus fuit caput omniū Nouatianorum : ita Cornelius omnium Catholicorum .

IV. Sed haec argutia est ineptissima . Primo enim , non est eadem ratio hereticorum , & Catholicorum . Nam illi sibi pro arbitrio capita consti- tuiunt : hi vero vnum propriæ agnoscunt , cuius membra non sunt hereti- ci . Itaq; non sequitur , si Arium Atiani , Nestorium Nestoriani , alios alij habuerunt pro capite : Catholicos et am simili insania sibi nescio quos imposuisse , quibus capitum partes assignarent . Itaq; ne Cyprianus quidem hi voluit vnum nominare . Secundo , quid si Nouatianorum caput facit , non omnium , sed eorum dumtaxat qui Romæ erant : idq; propter Episco- patum , ab eis illi delatum : Sic autem Gregorius Epistola 38 li . 4. Petrum , Andream , Ioanem , singularum plebium appellat capita . Imo , inquit Bel- larminus , aperie apud Cyprianum de Ecclesia Catholica sermo est . Ita , in- quam Sed quæ erat in vrbe Roma : quamq; Nouatianis indebant : sicut e- pistola præcedente id est , 41. loquebatur de Ecclesia Catholica , quæ erat Carthaginæ . Ac ne eorum furens audacia unquam defiseret , hic quoq; inschi- smatis partes Christi membræ disrahiero , & Catholicæ Ecclesia corpus vnum sendere ac lanicare nititur .

V. Rursus Cyprianus epistola 45. ad Cornelium , vocat Romanam Ec- cleiam radicem , & matricem Ecclesiæ Catholicæ . Sic Pamelius .

VI. Sed ea nulla tens est Cypriani : qui potius dixit Ecclesiæ Catholicæ radicem , & matricem , pro ipsa Ecclesia Catholicæ , quæ radix sit , & ma- trix omnium fidelium . Locus est huiusmodi . Nos singulu nauigantib. ne cum scandalo vlo nauigarent , ratione redentes , scimus nos hortatos esse , vt Ec- clesia Catholicæ radicem , & matricem agnoscerent , ac tenerent . Est vero eius Epistolæ institutum , vt testetur Cyprianus , se , audito schismate , q; erat fa- tum in Ecclesia Romana , facta Nouatiano Episcopo . Cornelio iam eum locum occupate , se , inquam , & Africanos , suspendisse iudicium suum , dū quid certi de toto eo negotio compertit : itaque non scripsisse ad Cor- nelium , sed ad presbyteros , & diaconos : nimis quia , non compertis o- mnibus , nollet se alterutri parti addicere , siue communicare . Cornelio , aut Nouatiano . Sed & simile consilium dedisse iis qui nauigabant , nimi-

rum vt viderent , ne se à Catholica Ecclesia separarent : sed ei parti com- municarent , quam in ipsis locis conaperirent non discessisse ab Eccle- sia Catholica corpore . Quare perspicuum est Cyprianum , matricem ac radicem Ecclesiæ , opposuisse , non reliqui Ecclesiæ , quæ extra Romam erant , sed parti Nouatianorum . Alias inutile fuisset Consilium . Nam sen- sus esset : vt ne tenerent Ecclesiam Romanam : at qui hoc non quererentur : sed quia ea Ecclesia scissa erat : & vtraque pars ibi , vt Episcopatum , sic Ec- clesia vindicabat : nec dum Afri quicq; certi habebant : ideo sic consilium temperabant , quasi dicent : Non possumus vobis certo indicare , in quā partem propendendum sit : sed autores sumus , vt haec est Catholica Ec- clesia . Sic Epist . 42 cum dixisset missos Caldonium , & Fortunatum , vt ad Catholica Ecclesia unitatem scissi corporis membra componerent , sub- dit statim , diuersa partis obstinatam & inflexibile pertinaciam , radicis & matris sinum , atq; complexum reculasse . Vbi quis non videret , radicis & matris sinum , idem esse , cum Catholica Ecclesia unitate ? Sic iterum E- pistola 43. Ut ad matrem suam , id est Catholica reuertantur . Et 44. ad ma- trem reuertimini , unde prodisti .

VII. Ambros. lib . 3. de Sacramentis , c. i. Non ignoramus , quod Ecclesia Ro- mana hanc consuetudinem non habeat , cuius typum in omnibus sequimur & formam . Et tursus . In omnibus sequi cupio Ecclesiam Romanam : sed tamen & nos homines sensum habemus . Ideo quod alibi rectius seruatur , & nos recte ca- stodimus .

VIII. Respondeo : primum non satis constare inter doctos , vtrū hi libri de Sacramentis sint Ambrosi : propter styli distantiam . Sed quid tum ? Aut quis est adeo perspicax , vt in eo loco vllum videat Oecumenicum ? Erat La- tinus , quicunque tandem is autor fuerit : mo in diœcesi Romana : quid i- gitur mirum , si Romani Episcopi hætere vestigiis voluerit ? Sed & sequi alicuius formam & typum , non significat ei esse subditum : sed duntaxat ad eius exemplarē gerere . Deniq; libertatem suam is , quisquis est , non obscure assere : quum ait , cuperet quidem eam Ecclesiam imitari , sed habete tamen ēt in ēfū sensum , vt sequatur quæ alibi rectius se habent . Quo significat , non sibi pro lege Rom . Ecclesiam esse , sed tamē pro tipo & ex- emplo , à quo liberum sit discedere . Quod aut Bellarm , illud , In omnibus , interpretatur de necessariis ad salutem , ratiōnē est : nemo n. non videt eodem virag , hæc referenda , in omnibus sequimur , & in omnibus sequi cū- pio . At quis non videret ēt fore absurdum , sequi cupio Ecclesiam Romanam , in omnib. quæ necessaria sunt ad salutem : quasi , quæ sic sunt necessaria , non p: opterse potius sequenda sunt . Tum multo magis , cupio sequi , sed ramē si quid alibi melius sit , id recte custodimus . Hoc vero quid esset ? Nam satis ipsa verba perspicuum faciunt , hæc ipsa ab aliis melius obser- uata , intelligi de iisdem rebus , quas Romana quidem obseruat , sed non & quæ bene ac aliae . Quare de iisdem necessaria est Ambrosium dixisse se re- cedere ab Ecclesia Romana , in quibus tamen eam cuperet imitari . At quis feret fideli , ea describitur quæ necclesia sunt ad salutem , quocumque id tandem prætextu fiat ? Sed absurdum potius est Bellarmini glossa : & Ambrosius non cogitauit de Oecumenico .

IX. Hieronym. ad Gerontiam de monogamia . Ante annos plurimos , quæ in Charta Ecclesiasticis iuuare Damasū , Romana urbis Episcopū , & Orientis atq; Occidentis synodis consultationib. responderē . Viden , vt ex vniuersa Ec- clesia , & toto terrarum orbe responsa tunc petebantur à sede Apostolicat . M. rum argumentū ! Nos vero facile concedimus Episcopū Rom. solitum esse cōsulū cū ab Oriente , tū ab Occidente : ū a Synodis , tum ab Episcopis . Sed strenue negamus , quicunque consultur , cum esse Oecumenicum Pontificem : donec solidis argumentis contrarium euicerit Bellarminus .

X. Idem Hieronym. Epistola ad Damasum de nomine hypostasis . Quæ quā tui mettereat magnitudo , inuitat tamen humanitas , à pastore præ- dium ouis peto . Cum successore p̄fectoris & discipulo crucis loqueror . Ego nullum primum , nisi Christum sequens , beatitudinis tua , id est , catheara Petri cōmuni- ne consorior . Super illam petram adficatam Ecclesiam scio . Quicunq; extra hæc domū agnum comedenter , profanus est . Si quis in arca Noe non fuerit , peribit re- gnante diluvio . Et infra . Non noui Vitalem : Meletium responso : ignoro Paulinū . Quicunque tecum non colligit spargit : h̄c est , qui Christi non est , Antichristi est . Hinc colliguntur . Primum , quod se Damasi ouem dixerit , qui tamen erat presbyter Antiochenus . Secundo , quod neminem Damaso præpone- ret , nisi Christum . Tertio , quod Romanam sedem agnoverit fundamen- tum Ecclesiæ vniuersalis : ac proinde Episcoporum caput . Quarto , quod maluerit Damaso adhætere , quam Paulino proprio Episcopo .

XI. Respondeo ad primum : nec se Damasi ouem dicere : & si diceret , nihil ad Oecumenicum . Non dixit : quia tantum se ouem proficeret ; Damasum pastorem : sed non ouem Damasi : aut Damasum suum pastorem . Potest autem sensus esse saluus sic , ego sum vna ex ouibus Christi : & tu- quis è pastoribus gregis . Sed vt inde decedamus , quid conficitur ? An quia Damasus erat pastor Hieronymi , ideo Damasus omnium Christianorum fuit p̄stor . Mirum genus Dialecticæ ! At erat presbyter Antiochenus . Esto : et si alii ceteri Eralmus . Sed idem Roma baptizatus fuerat : Vnde eadē epistola , Inde nunc mea anima postulans eibum ( audin' ouem ) unde olim Christi vestimenta suscepit . Deinde , ita suscepit presbyteriū , vt tamen no- luerit vlli Clero adscribi : vt obletuatur Baronius ad annū 378 . Non potuit ergo dici presbyter Antiochenus .

XII. Ad secundū : primo , argumentū est nihil . Potuit n. Damaso nullū hominem præponere : & tamen non agnoscere pro Oecumenico Pontifi- ce . Ratio , quia erat Damasus Episcopus : & Episcopi sunt summi Pontifi- ces : quibus in Ecclesiasticis rebus nemo præponi debet , præter Christū , cuius sunt Vicarii : vni , quia vnu erat Patriarchis : q; genus hominum , contra f. s primamque institutionem , tandem exultit le supia Episcopos . Et quidem inter Patriarchas primus Romanus . Porro nostra questio est , non vtrū si aliquis præfatus Romanus , sed vtrum Romanus oēs suis sub pedibus videat . Deinde dico vim fieri verbis Hieronymi . Neque n. il- lud primum , referti debet ad Damasum : quisi diceret , nullum ante te p̄- ter Christum : nam nec satis concinna esset oratio , aut Latina : debuisset . In potius priorem dicere : Sed absolute sumendum : vt dicat , se neminem sequi præter Christum ; ne ipsum quidem Romanum : sed reliquis omni- bus communionem tantum debere , atque adeo ipsi Damaso . Sensus igi- tur se

ur: se Christum agnoscere solum, omnium primum, quem sequi velit: id eo vero quia Christum sequatur, velle Damato communione sociari.

XIII. Tertium est falsum. Nam, *sper illam petram*, referendum, non ad Cathedram Petri: sed remotius ad Christum: quem eodem orationis spiritu nominabat.

XIV. In quarto nulla vis est. Quod enim maluit Damaso hærere, quam Paulino; factum ob doctrinam, non ob iurisdictionem. Sic p̄ssim obserues in historia Ecclesiastica exempla similia, cum orthodoxorum, tum hæreticorum. Semper enim ab eorum se utique communione separabant, à quibus in doctrina dissentiebant: iis autem communicabant, quibus eadem fides: et si longe positis.

XV. Augustinus epistola 162. In Romana Ecclesia, semper Apostolica cathedra viguit principatus. Hoc vero quid est: inquam. Itane nudum oportuit locum recitari, ut incertus lector dimitteatur? Nisi forte abuti velit principatus nomine. At qui scient principatum appellari Episcopatum, ridebunt sophistam. Leo p̄imus epist. 85. ad Episcopos Africanos. Principatus, quem aut sedis extorset, aut ambitus occupauit, etiam si moribus atque aetibus non offendit, ipsius tamen initii sui est pernicioſus exemplo. Ego Iesus est Augustus, in Ecclesia Romana tempore continuatam fuisse Episcoporum successionem in Cathedra Apostolica sedentium. Denique principatus hic dicitur, non ratione habita aliorum Episcoporum; quasi si principatus in omnes Episcopos: sed ipsius Ecclesia Romana, cui praeficiebatur Episcopus. Atque eo sensu similiter dici potuit Cathedra Apostolica principatus in Ecclesia Antiochenae, Alexandriae, Ephesina, Hierosolymitana, Smyreni, reliquis, in quibus erant Cathedrae Apostolicae.

XVI. Idem Augustinus epist. 92. ad Innocentium. Magnis periculis infirmorum membrorum Christi, pastoralē diligentiam, quæ sumus, adhibere digneris. Sensit igitur Augustinus, Innocentium etiam Paestinæ, & Africæ esse pastorem, quas provincias præcipue infestabant Pelagiani.

XVII. Respondeo, negari consequentiam. Quia constat ex Cypriano, quemlibet Episcopum, eo ipso quod sit Episcopus, id est, alicuius Ecclesiae p̄stor, tenet quantum in eo est, pastoralē curam oīnibus adhibere Christi ouibz. Et si (inquit epist. 67. ad Stephanum) pastores multi sumus, unum tamen gregem pascimus, & oīnes universas, quas Christus sanguine suo & passione quesuit, colligere, & souere debemus. Hinc de se ipso Augustinus c. 1. lib. 1. ad Bonifacium. Ausus sum aliquid ad tuam beatitudinem scribere de his rebus, quæ hoc tempore Episcopalem curam, si qua in nobis est, ad vigilantiam pro grege Dominico stimulo recentiore sollicitant. Et tibi in Augustino, pastoralē curam: & quidem pro grege Dominico. Cur ea in Episcopo Romano Oecumenicum significet, potius quam in Augustino?

XVIII. At (inquit Bellarmine) cur non scribitur Patriarchæ Hierosolymitano, vel Metropolitanu Palæstinæ, aut primati Africæ Episcopo Carthaginensi? Faci is responso. Primum. quid tū si nos eius facti ratione lateat? Nam, quis se speret eam redditum de omnibus, quæ existant, epistolis? Deinde, quid mirum, si quod cuiilibet potuit scribi, huic scriptum est? Potuit Basilius solitariae vire laudes ad quenamque scribere? is tamē prætermis oīnibus aliis, ad solum Nazianzenum scripsi? Redde rationem: nullam inuenies: nisi quia sic libuit. Tertio; ad primatem Africæ nihil opus erai scribere; qui iam idem negotium tractava in Synodo: atque etiam literas scripsit, ratiōnē ad Episcopum Romanum, quod ipse testatur Augustinus ead. epist. *Hec ad sanctitatem tuam de Concilio Numidiani scripta direximus imitantes Carthaginensis Ecclesia, & Carthaginensis provincie coepiscopos nostros, quos ad sedem Apostolicam, quam beatissimam illustravimus, de hac causa scriptissime emperimus.* Ergo nihil opus erat apud eos sollicitatione: qui iam præuererant sua diligentia & suis partibus erant perfuncti.

XIX. Quod attinet ad Patriarchā Hierosolymitanū, & Metropolitanū Palæstinæ, tripliciter respōdeo, primo abfuisse longius, eoq; difficilius & ad illos scribi: & ab illis rescribi: q̄ probatur ex literis mutuis Augustini & Hieronymi. Secundo etiam Palæltini non erant in eo negotio negligentes: quin potius ex eorum literis, Africani, quid Pelagiūs ageret compertum habebant. Eadem Epistola. Pelagiūs sicut à quibusdam fratribus nostris missa loquuntur epistole, Hierosolymus constitutus, nonnullos fallere afferitur. Tertio ipse Augustinus rationem reddit. Arbitramur adiuuante misericordia Domini Dei nostri Iesu Christi, qui te & regere consulentem, & orantem exaudiens dignatur, autoritati sanctitatis tuae de sanctarum scripturarum autoritate deprompta, facilius eos qui tam verius & pernicioſa sentiunt, esse cesseris, ut de correctione potius eorum gratulemur, quam contristemur interitus. Quid igitur coniecturas quæramus, qui habeamus disertissimum testem Augustinum? Illa vero autoitatis, non iurisdictionis erat, sed dignitatis, vel potius testimoia: vt sit sensus: cedent autoritati tuae de Scripturarum autoritate deprompta, hoc est, tibi veram doctrinam è Scripturis expromenti, & confirmanti. Paulo aliter Basilius Epistola 48. rationem reddit Athanasio, quare non nihil expectet auxiliū ab Occidentalibus. Tāza ἀπόλυτοι κριτικοὶ θεολογοὶ την περιγραφην την αἰχμήν την θεολογίαν διονύσου μάρτυρα, η την εκκλησιανήν απόλυτην αὐτοῖς αἰωνιοπορθήτως. Forte aliquid utile publicis rebus coningat: quum & qui rerum potius intur, autoritatem multitudinis resuerebuntur; & populi ubique sequentur ab que hastatione.

XX. Idem epist. 38. ad Donatum. *Me apud Cæsaream præsente venerunt, quonos iniuncta nobis à venerabili Papa Zozimo Apostolica sedis Episcopo Ecclesiastica necessitas traxerat.* Nimirum (inquit Bellarmine) iussit Zozimus, ut Episcopi Africæ apud Cæsaream Concilium celebrarent: & sanctus Augustinus parendum esse, & necessario parendum existimauit.

XXI. Sed ea ex Augustino non debent sic colligi, non possunt elicere necessario. Necessitas Ecclesiastica, significat negotia quædam Ecclesiastica necessario peragenda: ideo postulantia Synodi congregatione: quorum negotiorū potuit Zozimus causa esse. Quod eo fit verisimilius, si attendatur Zozimum eum esse, qui in Africam legatos miserit ad extorquendas appellations, quæ tamen denegatae fuerunt. Ac fortasse, hoc illud negotium fuerit: hæc illa Ecclesiastica necessitas à Zozimo iniuncta;

quæ Augustinum Cæsaream petrixerit, v̄bem illam vnde nomen Mauritaniæ Cæsariensi: Communiſcitur quidem Baronius, pro sua solita audacia, quandam legationem Romani Episcopi. Sed nihil est causa cur ei deferamus. Possidit nihil habet, vnde id concludas. Tantum Cæsaream dicit, *eum venire cum aliis eius coepiscopis, sedis Apostolica litera compulerant, ob terminandas videlicet alias Ecclesias necessitates.* Sed ea verba legationem nullam significant: nisi fo. te iegatorum, vt ita dicam exercitum commissariam. Interceda ex eo Possidoni loco, pater necessitatē Ecclesiasticam apud Augustinum, non esse intelligendam iussionem Papæ, cui necessitatio parendum fuerit, quomodo somniauit Bellarmine, sed negotia quædam necessario componenda, sive terminanda. Denique epistola 168. In aliis civitatibus tantum agimus, quod ad Ecclesiam Dei pertinet, quantum vel nos permittunt, vel nobis imponunt earum civitatum Episcopi fratres consacredotes nostri. Enim imponi sibi: quantū id distat ab iniungendo! Et tamen non ab Oecumenico ledā f. atribus & consacerdotibus.

XXII. Idem contra duas Epistolæ Pelagianorum ad Bonifacium lib. c. 1. Non deditur, qui non alia sapientia, quamvis altius presideat, esse amicus humilium. Et post. Communis est omnibus nobis, qui fungimur Episcopatus officio, quamvis ipse in eo præminens celſore, & ſiglo, ſpecula pastoralis. Ergo ab Augustino, omnes Episcopi subiiciuntur fastigio celſori Romani Pontificis.

XXIII. Sed Augustinus nihil aliud significat, quam in eodem dignitatis genere, id est Episcopatus munere communi omnibus Episcopis, Romanum Pontificem præstant orem esse. Quod illustrat festiva comparatione ſpecularum, quæ omnes quidem ciuidem sunt munera, aliæ tamē alii celſores. Quare, quod Bellarmine dicit, subiici reliquos huic, verū est quidem, si intellegas duntaxat inæqualitatem dignitatis: quomodo Conſtantinopolitano subiiciebat etiam Hippoñensis, Eugubinus, Hoftensis: quia Conſtantinopolitana erat altior istis ſpecula; vt & aliæ plurimæ, aliis minorum, & obſcuriorum ciuitatum: sed falso, & de inæqualitate iurisdictionis, vt Romano ſubiiceretur Hippoñensis, quemadmodum Imperatori p. a. & eius cuiuslibet ciuitatis, aut provincie. Nam, vt non verum humiliores ſpeculas, in potestate eſſe aut dominio celſorum: nihil enim imperant ſpeculatorum, in altioribus turribus coniūti, ita qui lunt in minoribus; sed duntaxat longius proſpiciunt & latius: ſic non eſſe necesse, vt illiſtrior ſit ſedes Romana ſede Hippoñensi; propriea huic illa dominetur.

XXIV. Iterum Augustinus de utilitate credendi c. 17. Dubitabimus non in eius Ecclesia condere gremio, quæ usque ad confessionem generis humani, ab Apostolica ſede, per ſuccessiones Episcoporum, fruſtra hæreticos circumlatramus. & partim plebs ipsius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum mateſtate damnatis, culmen autoritatis obtinuit: Cui nolle prius dare, vel ſumma & profectio impietatis eſſe, vel precipitio arrogantia. Non citat Bellarmine, fed al. i.

XXV. Sed hic Augustinus de Ecclesia Romana non magis cogitauit, quam dealia qualibet. Loquitur enim de Ecclesia Catholica, ad quam Manichæos inuitabat. Nam hæc est quæſtio diſerti concepta verbis, ca. 7. *Fac nos nunc primum querere, cuinam religioni animas nostras purgandas instruendasque tradamus: proculdubio à Catholica Ecclesia sumendum exordium.* Deinde, quum disputasset utrum in religione credulitas sit vitium, ostenditſerque non eſſe: ostenditſet item quibusnam modis ad credendum Deus soleat homines inuitare, nimis miraculis, & ſequacium multitudine: ad extremum rediens ad id quod erat propositum, i.e. utrum verbis quæ iam ſunt recitata: concludens, quandoquidem in religione credulitas maxime requiritur, quæ ab autoritate aliqua pendet, mento quiescere omnes debete in eius Ecclesia autoritate, quæ deſcribitur, neglectis quorumlibet hæreticorum ſectis. Quare non Ecclesia Romana comparatur reliquis Ecclesiis Christianis, quæ ei ſoli, repudiatis omnibus aliis, ad hæreticos Christiani debent: sed Ecclesia Catholica omnibus hæreticis opponitur. Ac proinde culmen illud autoritatus, & illud, primus dare, non de alicuius viuſi auritate, ſive potius imperio dictum; ſed de Ecclesia Catholica, cuius autoritas, non imperii quidem, ſed testimonii vnde credulitas pendet, quam Augustinus commendat tanquam necessariam in rebus fidei, longe certior sit, omnium hæreticon (quæ ſeit itidem pro Ecclesia venditant) ostentatione. Apostolica autem ſedes, ipsa ſignificat Apolotorum docentium tempore: alio ſenu, quam quom dicit ſolit de Ecclesia Romana, Alexandria, Antiochena: ideo non dixit Augustinus in Apostolica ſede, ut erat necesse, quemadmodum dicitur Damafus ſedere in Apostolica ſede: ſed ab Apostolica ſede, hoc eſt, ab eo tempore, quo ſederunt Apololii, Ecclesiam Catholicam habuisse continuo ſerifſi ſucceſſentes Episcopos: quos nulla hæretis habet.

XXVI. Victor Vicensis lib. 2. de perſecutione Vandala Ecclesiastica Romanam caput appellat omnium Ecclesiarum. Et Vincentius Lyrinensis in Commonitorio caput orbis.

XXVII. Sed quid necesse eſt toties id respondere? Aut nonne ſatis iam probatum caput dici, non imperii cauſa, ſed præstantiae dignitatisque? Quanquam apud Lyrinensem caput orbis, non eſt caput Ecclesiæ. Et Bellarmine patim agit ſincere, qui ab eo Romanum Pontificem dicat hoc appellari nomine, quum potius vrbem dicere debuerit. Verba ſunt, *Lecta sunt ibi quadam ad quosdam epistolam sancti Felicis Martyris, & sancti Iulij urbis Roma Episcoporum. Et ut non ſolum caput orbis, verum etiam latera illi iudicio testimonium perhiberent, adhibitus eſt à meridie beatus Cyprianus Episcopus Carthaginensis & martyris: à Septentrione Sanctus Ambrosius Medolanensis Episcopus.* Hæc vero per ſe plena ſunt & perspicua. Vrbi enim comparantur Meridies, & Septentrionis: non Ecclesiæ, ſed ipsius orbis latera: proinde Roma, hoc eſt, non Ecclesia, quæ iuibatur, non Episcopus,

qui ei Ecclesiæ præſidebat, ſed ipsa vrbis, in qua Ecclesia, & Episcopus, vocatur caput orbis: ſeili- cet ex Imperii Iure.